

ABS. 1.80.277(-2)





Joseph Haughan
Sep. 30th A.D. 1856



ÆSOPI PHRYGIS

F A B U L Æ,

LATINE REDDITÆ,

CUM ELEGANTIA

TANTUM NON ROMANA,

Ad puerulorum captum accommodatæ.

IN USUM SCHOLARUM.

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci. Hor.

E D I N B U R G I:

Typis WALTERI RUDDIMANNI et Sociorum.

Veneunt apud plerosque Bibliopolas civitatis, et Edito-
torem in Area Monetaria.

MDCCLXIX.



Editor Ludimagistris eruditissimis,
S.

ÆSOPUS prodit Romano vestitu indutus, atque petit, ut in Scholas vestras admittatur, neque repulsam timet, cum de Græcis, Anglicisque scholis, tantum jam meritus sit. Sermone ejus purum et elegantem esse, persuasum habeo: ni ita existimaverim, edere noluissem, ut qui censeam, nullum librum, qui non seculi Augusti sit, quoad potest, in puerorum manus poni oportere. At meâ auctoritate, non postulo, ut innitamini. Martinus Dorpius, hoc ipso libello edito, inter alia, hæc verba Ludimagistris Flandriæ præfatur, “ ausus sum et ipse
“ Fabulas Æsopicas rursus emittere, mirum, quàm
“ lepidè prosâ oratione concinnatas, utpote à Gul.
“ Gaudano, tantè viro, ut ab Erasmo meo, literatorum quasi Phœnice, seriò sit laudatus.”

Petrus Ægidius eundem dicit, “ limatum, nitidum, eruditulum,” — “ quo nec tersior, venustior, jucundior, facetiorve est” — “ Libellus iste est prorsus nobilis, elegans, Latinus.” —
De elegantia et excellentia hujusce libelli hætenus.

Venit mihi in manus liber, cui titulus est, *Æsopi Phrygis Fabulæ*, excusus Edinburgi, à Georgio Swintoun, A. D. 1676, juxta supra memoratam Dorpii

pil editionem, ut videtur. Inde fabulas, quæ mil-
 visæ sunt elegantiores, selegi, et plurimis locis emen-
 davi: (nam liber, utpote fœdè impressus, mendæ
 est refertus.) Morales etiam, puerulorum oblecta-
 mento, cui semper oportet, consulens, omisi. Ita
 denique in eorum gratiam, paucas priores fabulas in ordi-
 nem naturalem redactas, suppletis supplendis, præ-
 fixi: ad finem, denique, Phædri aliquot Fabulas sub-
 jeci. Equidem ego, talem librum in scholis nostris
 plurimùm desiderari, olim censui. Sed arbitrium
 erit vestrum, vestra existimatio valebit. Æquum
 igitur animo, quid hic libellus sibi velit, cognoscite,
 et demum,

—————Siquid novisti, rectius istis,
 Candidus imperti: si non, his utere mecum.

J A. M O I R.

Æ S O P U S

ÆSOPI FABULÆ.

Aliquot priores Fabulæ in ordinem naturalem redactæ.

De Gallo Gallinæo.

GALLUS gallinæus offendit gemmam, dum (ille) vertit stercorarium; inquit, (propter) quid (negotium) (ego) reperio rem lic nitidam? Si gemmarius reperisset (gemmam), nihil esset lætius eo (homine), ut qui (gemmarius) sciret pretium. Quidem (gemma) est nulli usui mihi, nec (ego) æstimo (gemmam) magni: imo equidem maximum (habere) granum hordei omnibus gemmis.

De Lupo et Agno.

LUpus, bibens ad caput fontis, videt agnum bibentem procul infra: (lupus) accurrit: increpat eum, (agnus) quod turbaret fontem. Agnus (cepit) trepidare; supplicare, ut (lupus) pareat innocenti (agno): (dicens) se potuisse ne quidem turbare, nedum voluisse (turbare) potum lepi, quando (agnus) biberit longè infra (eum). Lupus intonat
a
contra,

contrâ, sacrilege (agne) tu agis nihil : (tu) obes semper ; pater, mater, omne tuum invisum genus advertatur mihi scdulo. Tu dabis pœnas mihi hodie.

De Mure et Rana.

MUS gerebat bellum cum rana. Certabatur (ab illis) de imperio paludis. Pugna erat vehemens et anceps. Callidus mus latitans sub herbis, adoritur ranam ex insidiis. Rana, melior viribus, valens pectore et insultu, lacessit hostem aperto Marte. Juncæ erat hasta utrique (bellatori). Quo certamine viso procul, milvus adproperat : dumque neuter (bellator) cavet sibi præ studio pugnae, milvus rapit ac laniat utrumque bellatorem.

De Cane et Umbra.

CANIS transiens fluvium, vehebat carnem rictu. Sole splendente, ita ut (negotium) sit, umbra carnis lucebat in aquis : quam (carnem) visam ille (canis) captans avidè, perdidit (negotium) quod erat in faucibus. Itaque (canis) percussus jacturâ tum rei tum spei, primùm stupuit ; deinde recipiens animum, elatravit sic : O miser, (canis) modus deerat tuæ cupiditati. Erat (tibi) satis superque, ni (tu) desipuisses : Est tibi jam minus nihilo per tuam stultitiam.

De Leone et quibusdam aliis (bestiis).

LEO pepigerat cum ove, quibusdamque aliis (bestiis) venationem fore communem. Itur (ab illis) venatum : cervus capitur : (bestiæ) partiuntur (eum). Singulis (bestiis) incipientibus tollere singulas partes ut convenerat (inter eas). Leo irrugit, inquit, Una pars est mea, quia (ego) sum dignissimus. Itidem altera (pars) est mea, quia sum præstantissimus viribus. Porro vendico tertiam (partem) quia sudaverim plus in capiando cervo. Denique, ni (vos) concesseritis,

cesseritis quartam partem (mihī), actum est de amicitia. Socii, hoc (negotio) audito, discedunt vacui et taciti, non auli mutire contra leonem.

De Lupo et Grue.

OSSA fortè hæserè in gula lupo voranti ovem : (lupus) ambit ; orat openi ; nemo opitulatur (lupo), omnes (bestiæ) dicitant, eum (leonem) tulisse prætiū voracitatis. Tandem (lupus) inducit gruem multis blanditiis pluribusque promissis, ut (grus) eximeret os infixum, longissimo collo inserto in gulam : autem (lupus) illudit (grui) petenti præmiū ; (lupus) inquit, O inepta (grus) abi : non habes sat quòd vivis ? debes vitam mihi : si libuisset (mihī) licuit (mihī) præmordere tuum collum.

De Rustico et Colubro.

RUsticus (vir) tulit domum colubrum repertum in nive, propè enectum frigore ; adjecit (eum) ad focum. Coluber, recipiens vim virusque ab igne, deinde non ferens flammam, infecit omne tugurium sibilando. Rusticus accurrit : exostulat injuriam cum eo verbis verberibusque, sude correptâ : num referat hanc gratiam ? num erepturus sit vitam illi, qui dederit vitam ipsi.

De Apro et Asino.

DUM iners asinus irrideret aprum, ille (aper) indignans frendebat : Ignavissime, (asine) (tu) fueras meritis malum ; sed etiam si tū fueris dignus pœnâ, tamen ego (sum) indignus, qui sumam pœnas à te. Irride tutus, licet tibi (irridere) impunè : enim (tu) es tutus ob inertiam.

De Mure urbano, et Mure rustico.

Libitum est urbano muri deambulare rus. Rusticus mus videt hunc (murem); invitat (murem); apparatus (a mure); itur (ab iis) cœnatum. Rusticus (mus) depromit quicquid (negotium) reposuerat in hyemem, et exhaurit omne penus, ut expleat lautitiam tanti hospitis. Tamen urbanus (mus) corrugans frontem, damnat inopiam ruris, subinde laudat copiam urbis. (Urbanus mus) remeans, ducit rusticum (murem) secum in urbem, ut comprobaret re (negotia), quæ (negotia) jactitârat verbis. (Mures) incunt convivium, quod (convivium) urbanus (mus) apparârat splendidè. Murmur (clavis) auditur in serâ inter epulandum. Illi (mures cœperunt) trepidare et (cœperunt) fugitare fugitando. Rusticus (mus) et insuetus et ignarus loci, (cœpit) tueri se ægrè. Famulo discedente, urbanus (mus) redit ad mensam; vocat rusticum (murem). Ille (mus) prorepat, metu vix tandem deposito. (Rusticus mus) percontatur urbanum (murem) invitantem (se) ad pocula, num hoc periculum sit crebrum. Ille (mus) respondet, (periculum) esse quotidianum; oportere (periculum) contemni. Tum rusticus (mus) inquit, (dicis periculum esse) quotidianum? hercule (juvante) me, tuæ dapes sapiunt plus fellis quàm mellis. Equidem malo (habere) meam inopiam cum securitate, quàm (habere) illam copiam cum tali anxietate.

De Aquila et Cornicula.

Aquila nacta cochleam, non quivit eruere piscem vi aut arte. Cornicula accedens dat consilium; suadet (aquilæ) subvolare et præcipitare cochleam in saxa è sublimi (cœlo); sic (negotium) fore ut concha frangatur. Cornicula manet humi ut præstolctur casum.

Aquila

Aquila præcipitat (cochleam), telta frangitur, piscis
 subripitur à cornicula ; aquila elusa dolet.

De Corvo et Vulpecula.

CORVUS nactus prædam strepitat in ramis. Vul-
 pecula videt (corvum) gessientem : accurrit.
 inquit, vulpes impertit corvum plurimâ salute, audî-
 ram sæpenuerò famam esse mendacem, experior (fa-
 mam esse mendacem) re ipsâ. Nam ut prætereo jam
 hâc (viâ) fortè, suspiciens te in arbore, advolo cul-
 tans famam. Enim fama est, te esse nigriorem picæ,
 et video (te esse) candidiorem nive. Sanè vincis cyg-
 nos, et es formosior albâ hederâ, (in) meo iudicio.
 Quòd si excellis ita et voce, ut (excellis) plumis, e-
 quidem dixerim te (esse) reginam omnium avium. Cor-
 vus illectus hâc assentatiunculâ, apparat (se) ad canen-
 dum. Verò caseus excidit è rostro (corvo) apparanti
 (se) : quo (caseo) correpto, vulpecula tollit cachîn-
 num. Tum demùm pudet, pigetque miserum corvum
 sui, dolet jacturâ rei, pudore misto.

De Leone senectute confecto.

LEO, qui fecerat complures inimicos sibi suâ fero-
 citate in juventute, bestix referunt par pro pari ;
 aper petit leonem dente ; taurus (petit leonem) cornu-
 imprimis asellus, cupiens abolere vetus nomen igna-
 rix, insultat (leonem) strenuè verbis et calcibus.
 Tum leo gemebundus (dicit) Hi, quibus nocui olim,
 iam nocent (mibi) vicissim, et meritò : sed hi, quibus
 profui aliquando, jam non profunt (mibi) vicissim,
 imo etiam obsunt (mibi) inmeritò. Fui stultus, qui
 fecerim multos inimicos (mibi) ; (fui) stultior, qui
 confusus fuerim fallis amicis.

De Leone et Mure.

LEO, defessus æstu cursuque, quiescebat sub umbra super viridi fronde. Autem (leo) experrecto (à) grege murium percurrente tergum ejus (leonis) comprehendit unum (murem) è multis, (muribus) Captivus supplicat: clamitat se esse indignum, ei (muri) leo irascatur. Ille (leo) reputans, nihil laudis esse in nece tantillæ bestiolæ, dimittit captivum. Nec verò ita multò pòit, leo incidit in plagas forte dum currit per saltum. Licet (leoni) rugire, non licet (leoni) exire. Mus audit leonem rugientem miserabiliter, agnoscit vocem, repit in cuniculos, quærit nodos laqueorum, invenit (nodos) quæsitos, corrodit (nodos) inventos, leo evadit è plagis.

De Milvo ægroto.

Milvus decumbebat (in) lecto, jam ferme moriens (Milvus) orat matrem, ire precatum deos. Mater respondet, nihil opis sperandum (esse) à diis quorum (deorum) sacra et aras violasset toties suis rapinis.

De Hirundine et aliis aviculis.

CUM primùm linum cœptum est feri, hirundo suadet aviculis impedire sementem, distitans, insidias fieri sibi. Illæ (aviculæ) irrident (hirundinem) vocant hirundinem stultam vatem, lino jam surgente et virescente, rursus (hirundo) monet evellere sativum. Iterum (aviculæ) irrident. Linum maturescit, (hirundo) hortatur populari segetem. Cum (aviculæ) audirent ne quidem tunc (hirundinem) consulenter (sibi), hirundo, conciliat amicitiam hominis sibi, cœteris avium relicto; inicit fœdus cum eo (homine), cohabitatur (cum eo), demulcet (hominem) cantu. Retia et laquei sunt cæteris avibus è lino.

De Ranis et Rege earum (ranarum).

OENS ranarum supplicabat Jovi regem dari sibi,
 cum (gens) esset libera. Jupiter (cœpit) ridere
 ista ranarum. Illæ (ranæ) tamen (cœperunt) instare
 iterum, atque iterum, donec (ranæ) perpellerent ip-
 sum (Jovem). Ille (Jupiter) dejecit trabem. Ea
 volens quassat fluvium ingenti fragore. Ranæ territæ
 venerant regem. Accedunt propius; insul-
 tant et desultant, metu tandem abjecto. Iners rex
 lusui et contemptui (ranis). Lacerant Jovem
 ipsum: orant regem dari (sibi) qui (rex) sit strenuus.
 Jupiter dat ciconiam (ranis); is (rex), perambulans
 eundem perstrenuè, vorat (id ranarum), quicquid ra-
 narum fit obviam (sibi). Igitur ranæ questæ sunt frus-
 tra de sævitia hujus (regis.) Jupiter non audit: nam
 ranæ queruntur et hodiè adhuc. Enim ciconiâ eun-
 cubitum vesperi, (ranæ) egressæ ex antris murmu-
 rant rauco ululatu, sed canunt surdo (Jovi). Enim
 Jupiter vult, ut (ranæ) ferant jam inclementem
 regem), quæ (ranæ) deprecatae sint clementem
 regem.

De Columbis et Milvo.

Olim columbæ gessere bellum cum milvo: quem
 (milvum) ut expugnarent, delegerunt accipitrem
 regem sibi. Ille (accipiter) factus rex, agit hostem,
 non (agit) regem. (Accipiter) rapit ac laniat (co-
 lombas) non segnius ac milvus (rapit ac laniat.) Pœ-
 tet columbas incepti, putantes fuisse satius (nego-
 tium) pati bella milvi, quàm (pati) tyrannidem ac-
 cipitris.

De Fure et Canis.

Canis respondit furi aliquando porrigenti panem, ut
 (canis) sileat. Novi tuas insidias: das panem (mi-
 quò desinam latrare, sed ego odi tuum munus; quippe
 si

si ego tulero panem, tu exportabis cuncta (negotia) ex his tectis.

De Lupo et Sacula.

Sacula parturiebat. Lupus pollicetur se fore custodem fœnûs. Puerpera respondet, se non egere obsequio lupi: si (lupus) velit haberi pius, si cupiat facere gratum (negotium), (lupus) abeat longiùs: enim officium lupi constare, non præsentia, sed absentia.

De Partu montium.

ERat rumor olim montes parturire: homines accurrunt, circumstant, expectantes quippiam monstri non sine pavore. Montes parturiunt; tandem mus exit. Tum omnes (homines cœperunt) emorituru.

De Venatico cane, qui contemnitur ab hero.

Herus instigat venaticum canem, qui (canis) senuerat jam; hortatur frustra, pedes sunt tardi, (canis) non properat. (Canis) prehenderat feram (bestiam), fera (bestia) elabitur edentulo (cane). Herus increpat (canem) verbere et verbo. Canis respondet, debere ignosci sibi (a hero) jure; (se) jam senuisse, at (se) juvenem fuisse strenuum. Sed inquit, ut video, nil placet sine fructu; amâsti (me) juvenem, odisti (me) senem. Amâsti (me) prædabundum; odisti (me) tardum, edentulum. Sed si esses gratus, diligeres (me) senem gratiâ fructuosæ juventutis, quem dilexisti olim causâ frogis.

ÆSOPI FABULÆ.

De Gallo Gallinæo.

GALLUS gallinæus, dum vertit Rereorarium, offendit gemmam: Quid, inquires, rem sic nitidam reperio? Si gemmarius reperisset, nihil esset eo lætius, ut qui pretium sciret. Mihi quidem nulli est usui, nec magni æstimo: imo equidem omnibus gemmis granum hordei malim.

De Lupo et Agno.

LUpus, ad caput fontis bibens, videt agnum procul infrà bibentem: accurrit: agnum increpat, quòd turbârat fontem. Trepidare agnus, supplicare, ut parcat innocenti; se, quando longè infrà biberit, notum lupi ne potuisse quidem turbare, nedum voluisse. Lupus contrà intonat, Nihil agis sacrilege: semper obes; pater, mater, omne tuum invisum genus edulò mihi adversatur. Tu mihi dabis hodie pœnas.

De Mure et Rana.

Bellum gerebat mus cum rana. De paludis certabatur imperio, pugna erat vehemens et anceps. Mus callidus sub herbis latitans, ex insidiis ranam adoritur. Rana, viribus melior, pectore et insultu valens, aperto Marte hostem laceffit. Hasta utrique erat juncea. Quo certamine procul viso, milvus adproperat: dunique præ studio pugnæ neuter sibi parvet, utrumque bellatorem milvus rapit ac laniat.

De Cane et Umbra.

Canis tranans fluvium rictu vehebat carnem. Splendente sole, ita ut sit, umbra carnis lucebat

bat in aquis : quam ille visam avidè captans, quod faucibus erat perdidit. Itaque tum rei, tum spei cœturâ percussus, primùm stupuit ; deinde animum recapiens, sic elatravit, Miser, deerat cupiditati tuæ mundus. Satis superque erat, ni desipuisses : jam per tuam stultitiam minus nibilo tibi est.

De Leone et quibusdam aliis.

CUM ove quibusdamque aliis pepigerat leo, venationem fore communem. Itur venatum : captus cervus : partiuntur. Singulis singulas partes tollere, ut convenerat, incipientibus, leo irrugit. Una, inquit, pars mea est, quia sum dignissimus. Altera itidem mea est, quia viribus præstantissimus. Porro, quia, in capiendo cervo, plus sudaverim, vendico tertiam. Quartam denique partem ni concesseritis, actum est de amicitia ; locii, hoc audito, discedunt vacui et taciti, non ausi mutire contra leonem.

De Lupo et Gruæ.

LUpo voranti ovem forte ossa hæere in gula : ardebat ; orat openi ; opitulatur nemo. Omnes discedunt, tulisse eum pretium voracitatis. Tandem blanditiis multis, pluribusque promissis gruam inducit, ut, collo longissimo in gulam inserto, os infixum eximeret : petenti autem præmium illudit : Inepta, inquit, abi : non sat habes quod vivis ? vitam debe mihi : si libuisset, licuit præmordere collum tuum.

De Rustico et Colubro.

Rusticus, repertum in nive colubrum, frigor propè enectum, domum tulit, adjecit ad focum. Coluber, ab igne vim virusque recipiens, deinde flammam non ferens, omne tugurium sibilando insecuit. Accurrit rusticus ; correptâ sude, verbis, verberibusque cum eo injuriam expostulat ; num hanc

etiam? num vitam crepturus sit illi, qui vitam ipsi
derit?

De Aprò et Asino.

Um iners abnus irrideret aprum, ille indignans
fredebat: Malum quidem, ignavissime, tueras
eritus: sed etiamsi tu pœnâ fueras dignus, tamen
o indignus qui à te pœnas sumam. Irride tutus,
punè tibi licet: tutus enim es ob inertiam.

De Mure urbano, et Mure rustico.

Ibitum est urbano muri deambulare rus. Videt
hunc mus rusticus; invitat; apparatus; itur ad
enam. Depromit rusticus quicquid reposuerat in
semem, et exhaurit omne penus, ut tanti hospitis
pleat lautitiam. Urbanus tamen, frontem corru-
ens, ruris damnat inopiam, urbis subinde laudat co-
am. Remeans, ducit secum in urbem rusticum, ut,
æ verbis jacturârat, re comprobaret. Ineunt convi-
um, quod urbanus splendide apparârat. Inter epu-
adum auditur in sera murmur clavis. Trepidare illi,
fugitare fugitando. Rusticus, et insuetus, et loci
parus, ægrè se tueri. Discedente famulo, redit
banus ad mensam; vocat rusticum. Ille, vix tan-
am metu deposito, prorepit. Invitantem ad pocula
banum percontatur, num hoc periculum crebrum sit.
espondet ille, quotidianum esse; contemnî oportere.
um rusticus, Quotidianum? inquit: meherculè, tuæ
pes plus fellis quam mellis sapunt. Equidem malo
am securitate meam inopiam, quam cum tali anxie-
te illam copiam.

De Aquila et Cornicula.

Aquila nacta cochleam, non vi aut arte quivit e-
ruere piscein. Accedens cornicula dat consi-
am; suadet subvolare, et è sublimi cochleam in saxa
præcipitare;

præcipitare; sic enim fore ut concha frangatur. Hi mi manet cornicula, ut præstoletur casum. Præcipitat aquila; frangitur testa, subripitur piscis à cornicula; dolet elusa aquila.

De Corvo et Vulpecula.

PRadam nactus strepitat in ramis corvus. Vide vulpecula gesticentem: accurrit. Coryum, inquit, plurimâ salute impertit vulpes. Sæpenumer audieram famam esse mendacem, jam re ipsâ experior. Nam ut hâc sortè jam prætereo, suspiciens te in arbore, advolo culpans famam. Fama enim est, te nigriorem pice esse, et video candidiorem nive. Me sane judicio cygnos vincis, et *bederâ formosior albes.* Quod si, ut plumis, ita et voce excellas, omnium avium equidem te dixerim reginam. Hâc assentationiculâ illectus corvus ad canendum apparat. Apparant verò è rostro excidit caseus: quo correpto, vulpecula cachinnum tollit. Tum demùm miserum corvus pudet, pigetque sui, et jacturâ rei, misto pudore, dolet.

De Leone senectute confecto.

I Eo, qui in senectute complures suâ ferocitate fecerat sibi inimicos, in senectute exsolvit pœnas. Referunt par pro pari bestię; dente aper, cornu peti taurus. Imprimis asellus, vetus ignavię nomen cupiens abolere, verbis et calcibus strenuè insultat. Tum gemebundus leo, Hi, quibus olim nocui, jam vicissim nocent, et meritò: sed hi, quibus aliquando profui, jam vicissim non profunt, in ð etiam immeritò obiunt. Stultus fui, qui multos fecerim inimicos; stultior, qui falsis amicis confusus tuerim.

De Leone et Mure.

L Eo, æstu, cursuque defessus, sub umbra, fronte super viridi, quiescebat. Murum autem grege ter-

gum ejus percurrente, experrectus, unum è multis comprehendit. Supplicat captivus; indignum se esse, cum leo irascatur, clamat. Reputans ille, in nece tantillæ bestiæ nihil esse laudis, captivum dimittit. Nec verò ita multò post, leo fortè, dum per saltum currit, incidit in plagas; rugire licet, exire non licet. Rugientem miserabiliter leonem mns. audit, vocem agnoscit, repit in cuniculos, laqueorum quærit nodos, quæritos invenit, inventos corrodit, leo è plagis evadit.

De Milvo ægroto.

LËcto decumbebat milvus, jam ferme moriens: Matrem orat precatum ire deos, Mater respondit, Nilil opis illi sperandum à diis, quorum sacra et aras suis rapinis toties violasset.

De Hirundine et aliis aviculis.

CUm primum cœptum est seri linum, hirundo suadet aviculis impedire sementem, dictitans, sibi fieri infidias. Irrident illæ; stultam vatem hirundinem vocant: Surgente jam lino, et virescente, rursus monent evellere sata. Iterum irrident. Maturæscit linum, hortatur populari segetem. Cùm ne tunc quidem consulentem audirent, hirundo, avium cœtu relictò, hominis sibi conciliat amicitiam; inquit cum eo fœdus, cohabitatur, cantu demulcet. Cæteris è hinc avibus fiunt retia et laquei.

De Ranis, et earum Rege.

GENS ranarum, cum esset libera, Jovi supplicabat dari sibi regem. Ridere Jupiter vota ranarum. Ille tamen iterum atque iterum instare, donec ipsam perpererent. Dejecit ille trabem. Ea moles ingenti fragore quassat fluvium. Territæ silent ranæ; regem venerantur. Accedunt pedetentim propiàs tandem abjecto metu, insultant et desultant. Iucis rex

lusui est, et contemptui. Lacessunt rursus Jovem: orant regem dari qui strenuus sit. Dat Jupiter ciconiam; is perstrenuè perambulans paludem, quicquid ranarum obviam sit, vorat. De hujus igitur sævitia ranæ frustra questæ sunt. Jupiter non audit: nam et hodie adhuc queruntur. Vesperi enim ciconiâ cubitum eunte, ex antris egressæ raucò ululatu murmurant; sed sordo canunt. Vult enim Jupiter, ut quæ regem clementem sunt deprecatæ, jam ferant inclementem.

De Columbis et Milvo.

Columbæ olim bellum gessere cum milvo: quem ut expugnarent, delegerunt regem sibi accipitrem. Ille rex factus, hostem agit, non regem. Non segniùs ac milvus, rapit ac laniat. Pœnitet columbas incepti, satius fuisse putantes, pati bella milvi, quam tyrannidem accipitris.

De Fure et Canè.

Furi aliquando panem (ut sileat) porrigenti, respondit canis; Insidias tuas novi: panem das quòd desinam latrare, sed ego tuum munus odi; quippe, si ego tulero panem, tu ex his testis cuncta exportabis.

De Lupo et Súcua.

Parturiebat súcua. Pollicetur lupo se custodem fore sætûs. Respondet puerpera, Lupi obsequio se non egere: si velit pius haberi, si cupiat gratum, facere, longiùs abeat: Lupi enim officium constare, non præsentia, sed absentia.

De Partu montium.

Olim rumor erat parturire montes: homines accurrunt, circumstant, monstri quippiam non sine pavore expectantes. Parturiunt tandem montes: exit mus. Tum omnes risu emori.

De Cane venatico, qui ab hero contemnitur.

CANEM venaticum, qui jam senuerat, instigat herus, frustra hortatur, tardi sunt pedes, non properat. Prehenderat feram, fera edentulo elabatur. Iacrepat herus verberare et verbo. Canis respondet, debere tibi jure ignosci; jam senuisse, at juvenem fuisse strenuum. Sed, ut video, inquit, nil placet sine fructu; juvenem amâti, senem odisti, amâti prædabundum, odisti tardum, edentulum. Sed si gratus esses, quem olim juvenem frugis causa dilexisti, senem fructuosæ juventutis gratiâ diligeres.

De Hædo et Lupo.

CAPRA, cum îisset pastum, hædum domi concludit, monens aperire nemini, dum redeat ipsa; lupo, qui id procul audierat, post matris discessum, pulsat fores, voce caprisat, jubens recludi. Hædus dolum præsentens, Non aperio, inquit, nam et si vox caprisat, tamen equidem per rimulas lupo video.

De Cervo et Ove.

CERVUS coram lupo ovem ream facit, modium tritici debere clamtans. Ovis debiti quidem erat inscia; tamen ob lupi præsentiam spondet se daturam. Dicitur solutioni dies; adest; monet cervus ovem. Illa it inficias; quod enim promiserat, excusat, factum id metu, et præsent à lupi; votum extortum non esse servandum.

De Rustico et Angue.

RUSTICUS quidam nutrierat anguem. Iratus aliquando, bestiam petit securi. Evadit ille non sine vulnere. Postea rusticus deveniens ad paupertatem, ratus est id infortunii propter anguis injuriam sibi occidisse. Igitur supplicat angui ut redeat. Ille ait, Ignoscere se, sed redire nolle; neque fore securum cum rustico,

rustico, cui tanta sit domi securis; livorem vulneris deluisse, superesse tamen memoriam.

De Vulpecula et Ciconia.

Vulpecula vocavit ciconiam ad cœnam: Opsonium in mensam effudit: quod, cum liquidum esset, ciconiâ frustra rostro tentante, vulpecula lingit. Abibit elata avis; pudetque, pigetque injuriæ. Post plusculum dierum redit, invitat vulpeculam. Vitreum vas situm erat plenum opsonii, quod quidem vas cum esset arcti gutturis, vulpeculæ opsonium licuit videre, et esurire, gustare non licuit, ciconia rostro facile exhausta.

De Lupe et capite picto.

Lupus in officina sculptoris caput humanum reperi- tum versat; miratur, sentiens, id quod erat, nihil habere sensûs. O pulchrum, inquit, caput! Est in te artis multum, sed sensûs nihil.

De Graculo.

Graculus ornavit se plumis pavonis. Deinde pulchellus sibi visus, fastidito genere suo, contulit se ad pavonum genus. Illi tandem, intellectu fraude, stolidam avem coloribus nudârunt, et plagis affecerunt. Horatius hanc fabellam primo Epistolarum libro narrat, de cornicula. Ait eam olim adornatam collectis, quæ avibus exciderant, plumis: postea autem, cum unaquæque avium suam plumam decerpisset, ridiculam fuisse.

*Né si forte suas repetitum generit olim,
Grex avium plumas, moveat cornicula risum,
Furtivis nudata coloribus.*

De Musca et formica.

Musca altercabatur cum formica: se nobilem, illam ignobilem; se volitare, illam repere; se versari

versari in tectis regum, illam in cavernis latere, segetem rodere, aquam bibere; se splendide epulari jactabat; et hæc tamen otio nancisci. E regione, formica se non ignobilem esse, sed suis natalibus contentam: muscam vagam esse, se stabilem: sapere formicæ grana et fluenta, quod muscæ pastilli et vina, atque hæc se non segni otio, at strenuâ operâ nancisci: porro formicam lætam esse et tutam, charam omnibus, exemplar denique laboris; muscam anxiam, cum periculo esse cunctis infestam, cunctis invisam, exemplar denique segnitiei: formicam hyemis memorem alimenta reponere; muscam in diem vivere, hyeme aut esurituram, aut certè morituram.

De Rana et Bove.

Rana cupida æquandi bovem, se distendebat. Filius hortabatur matrem cœpto desistere: nihil enim esse ranam ad bovem. Illa secundùm intumuit. Clamitat natus; crepes licet, mater, bovem nunquam vinces. Tertium autem cum intumuisset, crepuit.

De Equo et Leone.

Venit ad equum comedendum leo: carens autem præ senectâ viribus, meditari cœpit artem; medicum se profitetur; verborum ambage equum hortatur. Hic dolo dolum, artem opponit arti. Fingit se nuper in loco spinoso pupugisse pedem; orat, ut inspiciens sentem medicus educat. Paret leo. At equus, quantâ potuit vi, calcem leoni impingit, et se continuo conjicit in pedes. Leo vix tandem ad se rediens, (ictu enim propè exanimatus fuerat) Pretium, inquit, ob stultitiam fero; et is jure effugit; dolum enim dolo ultus est.

De Avibus et Quadrupedibus.

Avibus pagna erat cum quadrupedibus. Utrique spes, utrinque, metus, utrinque erat periculum. Velpetilio

Vespertilio autem, relictis sociis, deficit ad hostes, vincunt aves duce et auspice aquilâ. Transfugam vero vespertilionem damnant, uti ne ad aves unquam illi sit reditio, uti ne luci unquam sit volatus. Hæc causa vespertilioni est, ut non, nisi noctu, volet.

De Lupo et Vulpe.

L Upus, cum prædæ satis esset, in otio degebat. Accedit vulpecula: Sciscitatur otii causam. Sensit lupo insidias fieri suis epulis; simulat morbum esse causam: orat vulpeculam deprecatum ire deos; illa, dolens dolum non succedere, adit pastorem, monet patere latebras lupi: hostem enim securum posse inopinatò opprimi. Adoritur pastor lupum, mactat. Illa potitur antro et præda; sed fuit illi breve sceleris sui gaudium: nam non ita multò post, idem pastor et ipsam capit.

De Cervo.

Cervus in perspicuo fonte se conspicatus, probat procera frontis et ramosa cornua, sed tibiaram exilitatem damnat. Forte, dum contemplatur, dum judicat, intervenit venator: fugit cervus ocyor pilis, et agente nimbo ocyor-Euro: insectantur fugientem canes. Sed cum intrâisset condensam sylvam, implicata sunt ramis cornua. Tum demum tibias laudabat, et cornua damnabat, quæ fecere, ut præda esset canibus.

De Vipera et Lima.

IN fabrica offendens limam vipera, cœpit rodere. Subrisit lima, Quid, inquires, inepta? quid agis? tu tibi ante contriveris dentes, quàm me atteras, quæ duritiem æris præmordere soleo.

De Lupis et Agnis.

LUpis et agnis, quibus naturâ est discordia, sædus aliquando fuit, datis utrinque obsidibus. Lupi suos

suos catulos, oves canum cohortem dedere. Quietis ovibus ac pascentibus, lupuli matrum desiderio ululatus edunt. Tum lupi irruentes, fidem fœdasque solutum clamitant, ovesque earum præsidio destitutas laniant.

De Sylva et Rustico.

QUO tempore etiam arboribus suus sermo erat, venit rusticus in sylvam; rogat ut, ad securim suam, tollere liceat capolum. Annuit sylva. Rusticus, aptatâ securi, cœpit arbores succidere. Tum, et quidem serò, pœnituit sylvam suæ facilitatis: doluit seipsam esse causam sui exitii.

De Membris et Ventre.

PES et manus ventrem olim incusarunt, quòd ab otioso eo lucra ipsorum vorarentur. Subent aut daboret, aut ali ne petat. Supplicat ille semel atque iterum: Negant tamen manus alimentum. Exhausto inediâ ventre, ubi cœpere omnes artus deficere, tum manus voluit tandem officiosa esse: verùm id serò. Nam venter, desuetudine debilis, cibum repulit. Ita cuncti artus, dum ventri invident, cum ventre pereunte pereunt.

De Simia et Vulpecula.

Simia vulpeculam orat, ut partem caudæ sibi donet ad tegendas nates; illi enim esse oneri, quod sibi foret usui et honori. Respondet illa, nihil nimis esse; et se malle humum caudâ suâ verri, quam simiæ nates tegi.

De Cervos et Bobus.

Cervus, venatorem fugiens, conjecit se in stabulum: boves orat, ut in præsepi latitare liceat. Boves tutum esse negant; mox enim et dominum et famulum affuturos. Ille securum se esse ait, modò ne ipsi prædant. Intrat famulus, occultum fœno non videt,

det, exit. Gestire cervus, et nihil jam timere. Tum unus è bobus, et ævo et consilio gravis, facile, inquit, erat hunc (qui talpa est) fallere: sed ut herum (qui Argus est) lateas, Hic labor, hoc opus est. Mox deinde introgreditur herus; qui, ut servi negligentiam corrigat, cuncta lustrans oculis, et præsepe manu tentans, cervi deprehendit sub scæno cornua: inclamat famulos, accurrunt, feram concludunt, capiunt.

De Leone et Vulpecula.

LEO ægrotabat, viscebant animalia, unâ officium differente vulpeculâ. Ad hanc legatum mittit leo cum epistola, quæ venire admoneat; gratissimam rem ægroto fore ejus unius præsentiam; nec quicquam periculi fore, cur vulpecula metuat: leonem enim primùm quidem amicissimum esse vulpeculæ, ideòque percipere ejus colloquium. Deinde ægrotum esse, et decumbere, ut etiamsi (id quod non erat) velit, nocere tamen non queat. Rescribit vulpecula, Optare se ut leo convalescat, idque oraturam superos; cæterùm minimè visuram; terreri enim se vestigiis. Quæ quidem vestigia cum omnia sint antro leonis adversa, et nulla averla, eam rem indicium esse, multum quidem animulium introisse, sed exiisse nullum: *Horat.*

*Olim quod vulpes ægroto cauta leoni
Respondit, referam: Quia me vestigia terrent,
Omnia te adversum spectantia, nulla retrorsum.*

De Vulpecula et Mustela.

Vulpecula, longâ inedâ tenuis, fortè, per augustiorem rimam ad cumeram framenti repit: in qua cum probè pasta fuit, deinde rursus tentantem egredi distentus inpedit venter. Mustelâ lustrantem probul contemplata, tandem monet, si exire cupias, ad cavum macra redeat, quò macra intraverat.

*Fortè per angustam tenuis vulpecula rimam
 Repserat in cumeram frumenti ; postaque, rursus
 Ire foras pleno sequebat corpore frustrâ.
 Cui mustela procul, Si vis, ait, effugere istinc,
 Macra cavum repetas arctum, quem macra subisti.*

De Equo et Cervo.

Equus gerebat bellum cum Cervo. Pulsus tandem
 è pascuis, implorabat opem humanam. Redit
 cum homine ; descendit in campum : victus antea,
 cum fit victor. Sed tamen hoste victo, et sub jugum
 missus, ipse victor necesse est serviat homini. Equitem
 et dorso, frænum ore.

*Cervus equum, pugnâ melior, communibus herbis
 Pellebat, donec minor in certamine longo
 Imploravit opes hominis, frænumque recepit.
 Sed postquam victor violens discessit ab hoste,
 Non equitem dorso, non frænum depulit ore.
 Sic qui pauperiem veritus, potiore metallis
 Libertate caret, dominum vehet improbus, atque
 Serviet æternùm, quia parvo nesciat uti.*

De duobus Adolescentibus.

Adolescentes duo obsonium apud coquum sese emp-
 turos simulant. Coquo alias res agente, car-
 nem alter è canistro surripit : dat socio ut sub veste
 seculat. Coquus subreptam sibi carnis partem ut vi-
 det, furti utrumque cœpit insimulare. Qui abstulerat,
 per Jovem nihil habere ; is vero qui habuit, nil se ab-
 stulisse, identidem pejerat. Ad quos, Me quidem, in-
 quit coquus, fur nunc latet ; sed is inspexit, is scit,
 et quem jurastis.

De Cane et Lanio.

Canis in macello cum lanio carnem abstulisset, in
 domo seque sese continens, quantum potuit, coniecit.
 Lanio, jacturâ rei percussus, primùm tacuit : deinde

animum recipiens, sic procol. acclamavit; O furacissime, curre tutus, impunè tibi licet: tutus enim es nunc ob celeritatem: posthac autem cautiùs observaberis.

De Canè et Ove.

Canis ovem in jus vocat, panem ex mutuo debere clamitans. Illa it inficias. Milvus, lupo, vultur, accersuntur: rem affirmant. Damnatur ovis: damnatum canis rapit ac deglubit.

De Agno et Lupo.

Agno comitantì caprum lupo sit obviam: rogat cur relicta matre obdum potius sequatur hircum, suadetque ut ad distenta lacte matris ubera redeat; sperans ita fore, abductum ut laniet. Ille vero, Mater me, ô lupo, inquit, huic commisit: huic summa cura servandì data est; parenti potius quàm tibi obsequendum, qui me seducere istis dictis postulas, subductum mox discerpere.

De Agricola et Filiis.

Complures habebat agricola adolescentulos, iique inter se discordes fuere: quos pater elaborans trahere ad mutuum amorem, apposito fasciculo, jubet singulos brevi circumdatum funiculo effringere. Imbecilla nequ equam conatur ætatula. Solvit pater, redditque singulis virgulam: quam, cum pro suis quisque virgulis sac.lè frangeret: O, inquit, filioli, sic concordies vos vincere poterit nemo: sed si mutuis volueritis frivire vulneribus, atque intestinum agitare bellum, eritis tand'em prædæ hostibus.

De Rustico et Equo.

Rusticens equum vacuum, asinumque sarcinulis egte-
g è onullugi producit ad viam. Defessus alio tempore
equum, libi onera ut adjuvet, orat, si salvum velit.
Negat

Negat facturum equus. Afellus tandem, sarcinæ ponere gravatus, procumbit; moritur. Herus omne corpus, mortui quoque afelli corium, in equi dorsum relinat. Quibus cum ille deprimeretur, M. miserum! inquit, merito meo sic nunc excrucior, qui dudum laboranti asino opitulari nolui.

De Adolescente et Cato.

CUM adolescens quidam in deliciis amoribusque usurpâset catum. Venerem precibus fatigavit, ut catum in feminam transfiguraret. Commiserescit, et audit orantem Venus: fit metamorphosis, quæ adolescenti miserè amanti perplacuit: nempe tota succi plebula, tota candidula, tota elegantula. Itur deinde in obiculum, ridetur, luditur. Nec vero ita multò post, percipiens experiri Dea nunquid catus cum corpore autasset et mores, per impluvium immittit masculum. ubi risu prorsus atque ludo res digna accidit. Conspicam illicò bestiolam insequitur muliercula. Venus indignans, feminæ vultus in catum mutavit.

De Cane et Asino.

UM blandiretur canis hero et familiæ, herus et familia canem denulcent. Afellus id videns alius gemit: cœpit eum pigere sortis: iniquè putat comparatum, canem gratum esse cunctis, pascique de menâ herili, idque otio ludoque consequi: sese contra portare clitellas, cædi flagello, nunquam otiosum esse, et cunctis tamen odiosum. Si hæc fiant blanditiis, eam partem, quæ tam utilis sit, statuit sectari. Igitur quodam tempore redeunti domum hero, rem tentaturus, occurrit obviam, subilit, pulsat unguis. Exclamante hero, accurrere servi; et ineptus afellus, qui se urbanam credidit, fuste vapulat.

De Carbonario et Fullone.

ULLONEM invitabat carbonarius, ut secum in unis ædibus habitaret. Fullo, Non est, inquit, mi homo,

mo, istud mihi vel cordi, vel utile: vereor enim magnopere, ne, quæ ego eluam, tu reddas tam atra quàm carbo est.

De Aucupe et Palumbo.

IT venatum aucups: videt nidulantem procul in altissima arbore palumbum: adproperat: denique insidias molitur: premit forte calcibus anguem. Hic mordere. Ille improvise exanimatus malo, Me miserum! inquit, dum alteri insidiosus, ipse dispereo.

De Buccinatore.

Buccinator quidam ab hostibus capitur; adducitur. Trepidare ille; supplicare ut parcant innoxio; se, quando nihil armorum unquam præter unam buccinam gestaverit, hominem ne potuisse quidem occidere, nedum voluisse. Illi contra murmure tum sævo, tum verberibus intonant. Nihil agis, scelus! maximè nocēs, atque nunc hic trucidabere; quod, cum ipse (ut fateris) sis rei militaris imperitus, cornu isto tuo aliorum excitas, evibrasque animos.

De Lupo et Cane.

Lupus cani ante lucem in sylva forte fortunã sit obviam, salutatur, adventum gratulatur: denique rogat quo pacto tam sit nitidus. Cui ille, Herilis cura hoc efficit; herus me blandientem sibi demulcet, de mensa pascor herili nitidissima, nunquam sub dio dormito, tum universæ familiæ non dici potest quam sibi gratus. Næ tu, inquit lupus, multo es felicissimus, ô canis, cui tam benignus et comis contigit herus, quocum utinam commorari et mihi liceat! nullum me animantium esset asperum fortunatius. Canis, novi statûs cupidissimum videns lupum, effecturum se pollicetur, ut hæreat in parte aliqua apud herum, modo de pristina ferocia aliquid remittere, et servitutem servire velit. Stat sententia: Lupo libitum est deambulare.

mare ad villam : sermones edunt in itinere prorsus cundissimos. Postea, verò cum illuxit, contritum visum collum videns lupo, Quid sibi vult, inquit, & quis, tua isthæc prorsus depilata cervix ! Solebam, inquit ille, feroculus notis pariter et ignotis allatrare, mordereque nonnunquam : id ægre ferens herus, verberis me tundeat verberibus, prohibens etiam, ne veni præter furem lupumque adorirer : ego sic valando victus sum, et mitior factus ; hocque genialis vitæ servavi lignum. Lupus, hoc audito, ego, inquit, heri tui amicitiam tanti non emo. Vale igitur, canis, cum tua isthac servitute : mihi mea potior est libertas.

De Agricola et Canibus.

Agricola, cum ruri plusculos hyemasset dies, cœpit tandem necessariarum rerum penuriam laborare : perficit oves, mox et capellas ; postremò boves quoties maclat, ut habeat quo inedia penè exhaustum corpusculum sustentet. Id videntes canes, salutem lugam parare constituunt, sese enim non victuros diutius, quando ne bobus quidem, quorum, in opere rustico faciendo, utebatur operam, pepercit herus.

De Vulpe et Leone.

Vulpecula, quæ leonis immanitatem insoctam habebat, semel atque iterum id forte animal complata, trepidare et iugitare. Cùm jam terribè oblitisset sese obviam leo, tantum absuit ut meruerit acquam vulpes, ut confidenter illum adierit salutavitque.

De Vulpe et Aquila.

Vulpeculæ proles foras excurrerat : ab aquila comprehensa, matris fidem implorat. Accurrit illa, captivam prolem demittat, aquilam rogat. Aquila prædam, ad pullos subvolat. Vulpes, corruptam

face, quasi illius munitiones incendio absumptura esset insequitur. Cùm jam arborem conscendisset, et ipsa nunc te, inquit, tuosque, si potes, tuere. Trepidans aquila, incendium dum metuit, Parce, inquit, mihi parvisque liberis; tuum quicquid habeo, reddidero.

De Agricola et Ciconia.

GRuibus anseribusque sata depascentibus, laqueum præterdit rusticus: capiuntur grues, capiuntur anseres, capitur et ciconia. Supplicat illa, innocentem sese clamitans, et nec gruem nec anserem esse, sed avium omnium optimam, quippe quæ, parenti sedulè semper inservire, eundemque senio confectum alere, consueverit. Agricola, Horum, inquit, nil me fugit: verum cum nocentibus postquam te cepimus, cum eis quoque morieris.

De Opilione et Agricolis.

Puer editiore pratulo oves pascebat, atque per jocum tæque quatæque lupum adesse clamitans, agricolas undique exciebat. Illi sæpiùs illuli, seriò auxilium imploranti dum non subveniunt, fiunt oves prædæ lupo.

De Aquila et Corvo.

Rupe editissimâ in agni tergum devolat aquila: videns id corvus, imitari, velut iunio, gettit aquilam: in arietis vellus se demittit, demissus impeditur, impeditus comprehenditur, comprehensus projicitur pueris.

De Cane invido et Bove.

PRæsepi sæni pleno decumbebat canis. Venit bos ut comedat. Ille sese furrigens, prohibere. Bos, Dii te cum tua isthac invidia perdant, inquit, qui nec sequo vesceris, nec me vesci linis.

De Cornice et Ove.

STrepitat in oviculæ dorso cornicula. Ovis, Cani, inquit, si sic obtreperes, ferres infortunium. At cornix, Scio, inquit, quibus insultem, placidis molesta, sævis amica.

De Pavone et Luscinia.

PAVO apud summi Jovis sororem et conjugem Junonem queritur lusciniam suavè cantillare; se ob ranciam ranciam ab omnibus irrideri. Cui Juno, Dos sua à diis cuique: luscinia cantu, tu plumis longè superas: tantumquemque sua forte decet esse contentum.

De Mustela senicula et Muribus.

MUSTELA, præ senio viribus carens, mures jam, ita ut solet, insequi non valebat; meditari cepit dolum; in farinulæ colliculum se illatebrat, sic sperans fore, ut citra laborem venetur. Accurrunt mures, et farinam elitare dum cupiunt, ad unum omnes à mustela vorantur.

Apologus ex Mantuano traductus.

RUSTICUS quidam ex malo, quam in proximo habebat agello, sapidissima quotannis legebat poma: vero lecta donabat urbano: qui illectus incredibili poma horum dulcedine, malum tandem ad sese transtulit. Ea veterrima repente exaruit, atque ibi poma pariter et malus perière. Quod cum patrifamilias nunciaretur, eleu! difficile est, inquit, annosam transplantare arborem: satis superque fuerat (si frænos meæ navissem imponere cupiditati) fructus ramo decerpere.

De Leone et Rana.

AUDIRE vocem visus leo, profiliit: subsistit non sine trepidatione, magni quippiam expectans. Egre ditus

greditur tandem aquis ranula. Leo, deposito metru, adproperans, bestiolam proculcat pedibus.

De Formica.

Sitiens venit ad fontem, ut biberet, formica, incidit forte in puteum, opitulatur eminus, ex arbore dejecto ramo, columba: Ramum conscendens, formica servatur. Adest, columbam ut capiat, aucups: non sinit formica; aucupis pedem attripit mordicus; avolat columba.

De Pavone et Pica.

Gens avium, cum liberè vagaretur, optabat sibi dari regem. Pavo se imprimis dignum qui eligeretur putabat, quia esset formosissimus. Hoc in regem accepto; pica, O rex, inquit, si, te imperante, aquila nos perstrenuè, ut solet, insequi cœperit, quo illam modo abiges? quo nos pacto servabis?

De Ægroto et Medico.

Medicus curabat ægrotum; ille tandem moritur. Tum ad cognatos medicus. Hic, inquit, intemperantiâ periit.

De Leone et aliis.

LEO, asinus, vulpes eunt venatum: capitur ampla venatio: capta partiri iussa. Asino singulis singulas partes ponente, irrugiit leo: asinum rapit ac laniat. Postea, vulpeculæ id dat negotii: qua astutior, cum, leoni longè optimâ propolitâ parte sibi vix minimam particulam reservasset, rogat leo, à quo sic docta sit. Cui illa, Hujus me, inquit, calamitas docuit, mortuum asinum ostendens.

De Hædo et Lupo.

Efenestra prospectans hædus, prætereuntem lupum convitiis inceslere audebat. Cui lupus, non tu,

t, scelestâ, mihi convitiaris, sed locus, (convitiatur.)

De Asino.

A Sinus, de hortulani sævitia querens, Jovi supplicat alium dari herum. Exaudire Jupiter vota asini : et tegularium : apud quem cum tegulas gravioraque ergo vectaret onera, accessit rursus ad Jovem, oratori qui mitior sit. Ridere Jupiter : Ille tamen non cessavit instare, et orare, usque adeo donec percelleret. Dat illi coriarium : quem ubi pervenit asellus, Me mirum ! inquit, qui, dum nullo sum contentus domino, te eum inciderim, qui nec corio quidem meo (quantum aguror) parcat.

De Anu et Ancillis.

A Nus quædam domi habebat ancillas complures, quas quotidie, antequam lucelceret, ad galli galinæ, quem domi alebat, cantum, excitabat ad opus. Ancillæ, quotidiani tandem negotii commotæ tædio, gallum obruncant, sperantes, jam necato illo, in membris sese dies dormituras : sed hæc spes miserâ frustra est. Hera enim, ut interemptum gallum rescivit, tempestâ deinceps nocte surgere jubet.

De Asino et Equo.

A Sinus beatum putabat equum, quod pinguis esset, et in otio degeret ; se vero infelicem dicebat, quod macilentus esset, ac strigosus, quotidieque ferentibus oneribus ab immiti hero exerceretur. Haud multo post ad arma conclamatum est. Tum equus, non capitem dorso, non frænum reppulit ore, nec telum corpore. Hoc viso, asinus magnas Diis gratias agit, quod non equum se, sed asinum fecissent.

De Leone et Capra.

E Ditâ rupe ambulanti capram forte conspicatus leo, monet, ut potius in viride pratium descendat

Capra, Facerem fortassis, inquit, si tu abesses; qui mihi non istud suades, ut ego inde ullam capiam voluptatem, sed ut tu habeas quod vores famelicus.

De Vulture aliisque Avibus.

Annuum se natalem celebrare adsimulat vultur; aviculis ad cœnam invitat. Veniunt pleræque omnes, venientes magno plausu favoribusque accipit, acceptas lamiat vultur.

De Anseribus.

Anseres unâ cum gruibus agrum vastabant; quibus auditis, rustici protinus in illos feruntur. Rusticos conspiciatæ avolant grues; capiuntur anseres, qui impediti corporis onere, subvolare non poterant.

De Jove et Simia.

Jupiter scire percipiens, quisnam mortalium scitissimos e leret liberos, convocare jubet quicquid usquam est animantium. Concurrunt ad Jovem undique: aderat jam alitum pecudumque genus, inter quas et simia, deformes catulos brachio gestans. Cum advenisset, à risu necno temperare potuit: quin etiam Jupiter ipse profusè admodum risit. Ibi continuo simia ipsa, Imo, inquit, novit et Jupiter judex noster, catulos meos, inagnopere omnes, quotquot adsunt, præcellere.

De Quercu et Arundine.

Fastus olim atque adeo insolentiæ plena quercus, arundinem aggressa est, Si nunc, inquiens, pectus animosum est tibi, procede agetum ad pugnam, ut noster duarum eventus ostendat utra viribus præstet. Arundo quercus tantam exultationem, fortitudinisque jactationem vanam nihil mirata, sic respondit: Certamen nunc abnuo, nec meæ fortis me piget: nam esse in omnem partem mobilis, tempestates tantem pervinco sonoras: tu, si semel vasto rex Æolus antro luc-

tantes

ntes emiserit ventos, concides, et mihi tum ri-
beris.

De Piscatore et Pisciculo.

Piscator, jacto in aquam hamo cibus illito, piscicu-
lum eduxit. Orat obsecratque captivus, se mi-
tulum ut abire sinat, et adolefcere, ut postea majore
tiasur. Piscator, Ego, inquit, spem pretio non
nam; quippe qui eo fuerim ingenio semper, ut, quic-
quid possem, malletm auferre potius in præsentia.

De Formica et Cicada.

Appetente hyeme, frumentum in aream ad solem
trahebat formica. Videt id cicada, accurrit, ro-
gat granum. Formica, Cur non, inquit, et tu meo
templo æstate trahis quodcumque potes, atque addis
servo? Respondet illa, sibi id temporis cantando tran-
sire. Ridens formica, Si, ait, æstate cantare soles,
ritò nunc esuris.

De Leone et Tauro.

Leonem fugiebat taurus, in hircum incidit: is cornu
et coperatâ minitabatur fronte. Ad quem plenus
taurus;

Non tua, inquit, in rugas contracta frons me terri-
t, sed immanem metuo leonem; qui nisi tergo hæ-
ret meo, jam scires, non ita parvam rem esse
agnare cum tauro, et nostro sequi de vulnere san-
guinem.

De Nutrice et Lupo.

Nutrix minatur, puerum plorantem, ni taceat, da-
tum iri lupo. Lupus id fortè audit; spe cibi
venit ad fores. Puer tandem fiescit, obrepente som-
no. Regreditur lupo in sylvam, junus et inanis.
Alpes ubi sit præda leiscitatur. Gemebndus ille,
Verba,

Verba, inquit, mihi data sunt. Puerum plorantem abjicere minatur, tuæ nutritrix, at tēfellit.

De Testudine et Aquila.

CEperat Testudinem tædium reptandi. Si qui eam in cælum tolleret, pollicetur haccas maris rubri. Sustulit eam aquila. Poscit præmium. Non habentem fodit unguibus. Ita testudo, quæ concupiit videre astra, in astris vitam reliquit.

De Cancris, Matre et Filio.

CAncrum retrogradum monet mater, antrosum ut eat, Filius respondet, Mater, I præ, sequar.

De Sole et Aquilone.

SOL et Aquilo certant uter sit fortior. Conventum est experiri vires in viatorem, ut palmam ferat, qui excusserit manticam. Boreas horrifono nimbo viatorem aggreditor. At ille non desistit, amictum gradiendo duplicans. Assumit vires sol, qui, nimbo paulatim evictō, emolitur radios. Incipit viator æstivare, sudare, anhelare. Tandem progredi nequiens, capiat frigus opacum, atque sub frondoso nemore, abjectâ manticâ, refedit : ita soli contigit victoria.

De Asino.

ASINUS venit in sylvam, offendit exuvias leonis, quibus indutus redit in pascua ; greges armentaque territat et fugat.

Venit qui perdidit, quæritat suum asinum. Asinus, viso hero, occurrit in, cum rugitu suo incurrit. At heras, prehensis, quæ extabant, auribus, Alios licet, inquit, fallas ; ego te, aselle mi, probe novi.

De Rana et Vulpe.

Rana egressa paludem, in sylvis apud feras medicinam profitetur. Ait, se nec Hippocrati, nec Galeno cedere. Cæteris habentibus fidem, illudit vulpes. An hæc, inquit, medicinæ habebitur perita, cui sic pallet os? Quin curet seipsam. Sic illudit vulpes; et enim ranæ os cæruleo colore.

De Canis mordaci.

Canis subinde homines mordenti, ut sibi quisque caveret, alligavit dominus nolam. Canis, ratus virtuti suæ tributum decus, suos populares despicit. Accedit ad hunc canem aliquis jam ætate et authoritate gravis, monens eum, ne erret: nam ista, inquit, nolamata est tibi in dedecus, non in decus.

De Camelo.

Camelus, sui pœnitens, querebatur tauros insignes ire geninis cornibus, se inermem objectum cæteris animalibus. Orat Joveni donare sibi cornua. Ridet Jupiter stultitiam cameli: nec modò votum negat, verum et auriculas bestię decurtat.

De duobus Amicis et Urso.

QUO amici faciunt iter: occurrit in itinere ursus. Unus, arbore conscensâ, periculum evitat: Alter, cum spes fugæ non esset, collidit se humi. Accedit bellua, contrectat jacentem, os explorat et aures. Somine spiritum continente ac motum, ursus, qui sortuis parcat, ratus cadaver esse, innocuus discedit. Circumstante postea socio, quidnam bestia dixisset jacenti aurem? hoc monuisse, ait, Ne unquam cum illi modici amicis iter facerem.

De Equite calvo.

Eques calvus illigârat pileo comam fictitiam. Venit in campum acri spirante Boreâ : dum male observat capillatum galerum, subito apparet calvitie. Tollit cachinnum corona, nec non et ipse ridet. Quâ novi est, inquit, avolare capillos alienos, cum olim de fluxerint, qui fuerint mei ?

De duabus Ollis.

Dux ollæ stetere in ripa : altera erat lutea, altera ærea ; utramque tulit vis fluvii. Luteæ collisionem metuenti respondet ærea, ne quid timeat ; sese enim, ne collidantur, satis curaturam. Tum altera, Set me, inquit, tecum ; seu te mecum flumen colliserit cum meo utrumque fiet periculo, quare certum est à te separari.

De Rustico et Fortuna.

Rusticus, cum araret, offendebat in sulcis thesaurum. Gratias agit telluri, quæ hunc edidisset Fortuna, videns nihil honoris haberi sibi, ita est securus locutus, Thesaurum reperto, stolidus mihi non est gratus at, eo ipso thesauro postea amisso, me primam omnium votis et clamore sollicitabit.

De Tauro et Capro.

Fugit leonem taurus ; venit ad speluncam, quærens latibulum. Intransit occursum cornibus, qui intus erat, caper. Tum his verbis bos emugit, Tu quidem cornibus tuis meam excipis fugam ; verum si abesset, quem fugito, quantum à viribus tauri distat caper, tum senties.

De Simia et ejus prole.

Omnes animantes suo conspectui Jupiter adesse jussit, cujusnam soboles esset pulcherrima, judicaturu

aturus. Properant feræ, advolant aves; necnon ad certamen aduatant pisces. Omnium postrema festinat simia, trahens secum suam prolem. Cujus quidem prolis fœdas nates cunctis ridentibus, sic inquit, Maneat, cui saverit Jupiter, victôria; meo tamen iudicio, hic meus natus est bellus, et omnium natis jure præferendus. Hoc dicto, subrilit et Jupiter.

De Pavone et Gruce.

Pavo et grus unâ cœnant. Pavo se jactat, caudam ostentat, gruem contemnit. Grus fatetur pavorem formosis esse pennis: se tamen, dum vix testis supervolat pavo, animoso volatu penetrare nubes.

De Quercu et Arundine.

Validiore noto effracta quercus in flumen præcipitatur: dumque fluitat, hæret fortè ramis suis in arundine. Miratur arundinem in tanto turbine stare incolumem. Hæc respondet, cedendo et declinando se esse tutam, inclinare ad notum, ad boream, ad omnem flatum: Nec mirum esse, quòd quercus excidit, quæ non cedere, sed resistere, concupivit.

De Tigride et Vulpe.

Venator jaculis agitabat feras. Tigris jubet omnes feras ablittere, sese unam, ait, bellum confecturam. Pergit venator jaculari. Tigris graviter sauciatur. Fugientem è prælio, telumque extrahentem percontatur vulpes, quisnam valentem belluam tam valde vulnerasset: Respondet, se auctorem vulneris haud hõne: verùm ex vulneris magnitudine capere se conjecturam, aliquem fuisse virum.

De Tauris et Leone.

Quatuor fuere tauri, quibus placuit communem ipsorum esse salutem, et commune periculum. Vi-

dit leo simul pascentes; etsi esurât, tamen conjunctos aggredi metuit. Primum dat operam verbis fallacibus segregare, tum segregatos laniat.

De Abiete et Dumis.

Fertur olim abies despiciere dumos: Jactat se procerum esse, locari in ædibus, cum velo stare in navibus; dumos autem humiles, viles, nulli usui idoneos. Quorum quidem tale fuit responsum: Tu sanè, abies, tuis gloriare bonis, et nostris insultas malis. Verùm nec tua refers mala, et nostra præteris bona. Cum tu sonanti detruncare securi, quam velles tum nobis, qui securi sumus, esse te similem!

De Aite et Pullis ejus.

Ales positos in segete pullos monet, ut dum ipsa abest, diligenter attendant, si fiat sermo de metendo. Redeunti à pastu matri, pulli anxii narrant dominum agri operam illam mandâsse vicinis. Respondet nihil esse periculi. Item alio die trepidi aiunt, rogatos ad metendum esse amicos. Iterum jubet illa, ut sint securi. Teritiò, ut audivit ipsum dominum cum filio statuisse postero mane cum falce messem intrare: Jam, inquit, tempus est ut fugiamus, vicinos et amicos non timui, quia non venturos scivi: Timeo dominum, isti enim res cordi est.

De Avaro et Invido.

Duo homines orabant Jovem, cupidus et invidus. Mittitur à Jove Apollo, per hunc ut eorum votis satisfiat: dat hic utrique optandi liberam facultatem hâc conditione, ut, quodcumque petisset alter, id ipsum alter acciperet duplicatum. Hæret diù cupidus, cum nihil putat fore satis. Petit tandem non pauca, et duplum accipit socius. Porro invidus hoc petit,

petit, ut ipse uno privetur oculorum, lætus socium mulctandum esse utroque.

De Leone et Capella.

Videt leo pendere dumosa de rupe capellam. Sua-
det descendere, ut in campo thymum salicesque
carpat. Recusat capella descendere; verba quidem
ejus haud sanè mala, sed mentem esse plenam doli, re-
clamans.

De Cornice et Urna.

Sitibunda cornix reperit urnam aquæ: sed erat ur-
na profundior, quam ut posset à cornice aqua con-
tingi. Conatur effundere urnam, nec valet. Tum
rectos ex arena scrupulos injectat: hoc modo aqua
elevatur, et cornix bibit.

De Leone et Venatore.

Litigat leo cum venatore. Suam præfert fortitu-
dinem hominis fortitudini. Post longa jurgia
venator ducit leonem ad mausoleum, in quo sculpsit
erat leo caput deponens in gremium viri. Negat fera-
l satis esse indicium, Homines enim sculpere quod vel-
ent, ait: quòd si et leones forent artifices, jam vi-
tum sculptum iri sub pedibus leonis.

De Puerò et Fure.

Sedebat puer flens apud puteum. Fur rogat causam
flendi, puer dicit, rupto fune incidisse in aquas ur-
nam auri. Homo exiit se, insilit in puteum, quærit;
pase non invento, conscendit, atque ibi nec puerum,
nec suam invenit tunicam. Puer quippe, sublatâ tuni-
câ, fugerat.

De Rustico et Juvenco.

Erat rustico juvenco vinculi, omnisque jugi impa-
tiens. Homo astutus bestię resecat cornua (cor-
nibus

nibus enim petebat) tum jungit non currui sed aratro, ne, ut solebat, herum pulsaret calcibus. Strivam ipse tenet, gaudens industriâ effecisse, ut jam foret tutus, et à cornibus et ab unguis. Sed quid evenit? Taurus subinde resistens, spargendo pedibus, os caputque rustici opplet arenâ.

De Satyro et Viatore.

Satyrus, qui Deus nemorum olim est habitus, viatorem nive obrutum atque algore eneclum, miseratus, ducit in antrum suum, fovet igne. Spirantem autem in manus percontatur causam: qui respondens, Ut calefiant, inquit: Postea cum accumberent, susflat viator in polentam: quod cur faceret interrogatus, Ut frigescat, inquit. Tunc continuè satyrus viatorem ejiciens, Nolo, inquit, in meo sit antro, cui tam diversum est os.

De Apro et Rustico.

Apro vastanti segetes rusticus præcidit auriculam, iterum deprehenso præcidit alteram. Et tunc quoque redeuntem capit, captum portat in urbem, destinatum lautitiæ sui patroni. Sectâ jam in convivio belluâ, nusquam apparet cor. Excandescente hero, et flagitante coquos, villicus respondet, Patrone, non est mirum non apparere cor: credo stultum aprum nunquam cor habuisse. Nam si cor habuisset, nunquam in pœnam suam ad meas segetes toties redisset. Sic rusticus. At omnes convivæ emori risu, cachinnari de stultitia rustici.

De Tauro et Mure.

Mus, tauri pedem monorderat, fugiens in antrum suum. Taurus vibrat cornua, quærit hostem, nusquam videt: irridet eum mus, quia, inquit, robustus es, ac vastus, non idcirco quemvis contempseris: Nunc te, et quidem impunè, læsit exiguus mus.

De Rustico et Hercule.

Rustici currus hæret in profundo luto. Mox supinis manibus Deum Herculem implorat. Intonat vox è cœlo: Inepte, inquit, flagella equos, et se anpitere rotis, atque tum Herculem vocato. Nam enim aderit Hercules vocatus.

De Anser.

Vit anser, qui ponebat ova aurea, singulis diebus, singula. Dominus, ut subitò fiat dives, anserem regulat, sperans intus latere gazam. Sed anserem in tanto vacuo, stupet miser, anxieque debinc suspirat, plangit, et rem et spem perûisse.

De Cicada et Formica.

Um per æstatera cicada cantat, formica suam exerceat messem, trahit in antrum grana, reponens hiemem. Sæviente brumâ, famelica cicada venit formicam, mendicat victum. Renuit formica, distans, sese, dum illa cantabat, laborâsse.

De Simia et duobus ejus Natis.

Imia, ut ferunt, cùm peperit gemellos, alterum diligit, alterum negligit. Erat puerpera cum gemellis: atque cùm incidisset terror, vitatura periculum, lectumprehendit ulnis, quem (dum præceps fugitat) illidit petræ, atque enecat: Neglectus autem, qui hirsuto hæserat tergo fugientis, mansit incolumis.

De Bove et Juvenco.

Os jam grandis ævo quotidie trahebat aratrum: Juvencus laboris expertus, vicinis exultat in pastis, ac tandem insultat fortunæ senioris. Jactat se liberi ac vinculi inscium, liberum, otiosum: illi attritum esse labore collum: denique se glabrum ac nitidum: illum esse hirsutum ac squalidum. Senior tum inquit

quit nihil contrà; sed brevi pòst tempore videt hunc insultatorem duci ad aras, ac tum hisce verbis affatur. Quò tua mollis vita pervenit? Securum istud otium redit ad securim. Jam saltem (ut opinor) potiùs suades mihi laborem, qui me tuetur, quàm otium, quod nunc te traxit ad necem.

De Cane et Leone.

Occurrit canis leoni, jocatur: Quid tu miser exhaustus inediâ percurris sylvas et devia? Morspecta pinguem ac nitidum: atque hæc non labore consequor, sed otio. Tum leo, Habes tu quidem tuas epulas; sed habes, stolide, etiam vincula. Tu servus esto, qui servire potes: ego quidem sum liber, nec servire volo.

De Piscibus.

Piscis fluviatilis vi fluminis abreptus est in mare, ubi suam efferens nobilitatem, omne marinum genus vilipendebat. Non tulit hoc phoca; sed ait, Tunc fore judicium nobilitatis, si cum phoca captus portetur ad forum: se emptum iri à nobilibus, illum autem à plebe.

De Pardo et Vulpecula.

Pardus, cui pictum est tergum, cæteris feris, etiam leonibus, despectis, intumescebat. Accedit ad hunc vulpecula, suadet non superbire; dicens, Illi quidem speciosam esse pellem, sibi verò speciosam esse mentem.

De Vulpecula et Pardale.

Cum aliquando pardalis vulpem præ se contemneret, quòd ipsa pellem haberet omnigenis colorum maculis variegatam; respondit vulpes, Sibi id lecoris in animo esse, quod ille in cute.

De Vulpe et Fele.

Um aliquando vulpes in colloquio, quod illi erat cum fele, jaçtaret sibi varias esse technas, sed ut vel peram haberet dolis refertam; felis autem ponderet, sibi unicam duntaxat artem esse, cui fidei, si quid esset discriminis: Inter confabulandum, ventè canum accurrentium tumultus auditur. Ibi felis in arborem altissimam subsiluit, cum vulpes interim canum agmine cinçta capitur.

De Rege et Simiis.

Ex quidam Ægyptius aliquot simias instituit, ut saltandi rationem perdiscerent. Ut enim nullum animal ad figuram hominis propiùs accedit, ita nec huiusmodi actus humanos aut melius aut libentiùs imitatur. Quamobrem itaque saltandi protinus edoctæ, saltare cœperunt, insignibus indutæ purpureis, ac personatæ: mulque jam tempore majorem in modum placebat spectatum; donec è spectatoribus facetus quispiam, nuces, quas clanculum in sinu gestabat, in medium projecit. Ibi statim simiæ, simul atque nuces vidissent, oblitæ choreæ, id esse cœperunt, quod antea fuerunt: ac repente è saltatricibus in simias redierunt; contritisque personis, dilaceratisque vestibus, pro nucibus inter se agnabant, non sine maximo spectatorum risu.

De Asino et Viatoribus.

Quo quidam, cum in desertis locis asinum quempiam fortè fortunâ nacti essent, contendere inter cœperunt, uter eorum, uti suum, domum abduceret: sed utrique pariter à fortuna videbatur objectus. Hac perim de re illis invicem altercantibus, asinus sese abduxit, ac neuter eo potitus est.

De Piscatoribus.

Piscatores aliquot, jacto reti, testudines eduxerunt. Eas cum inter se essent partiti, neque sufficerent omnibus

omnibus comedendis, Mercurium fortè accedente invitârunt ad convivium. At is intelligens se neutquam humanitatis gratiâ vocari, sed ut eos fastidiosi cibi sublevaret, recusavit, jussitque, ut ipsi suas testudines ederent, quas cepissent.

De Asino.

A Pud Cumanos asinus quidam, pertæsus servituti, abrupto loro, in silvam aufugerat; illi fortè repertas leonis exuvias corpori applicabat suas atque ita pro leone se gerebat, homines pariter ac feras voce cadâque territans: nam Cumani leonem ignorant. Ad hunc igitur modum regnabat aliquanduper personatus hic asinus, pro leone immani habitus ac formidatus, donec hospes quidam Cumas profectus, qui sæpenumero viderat et leonem et asinum, (atque id eo non erat ei difficile dignoscere) aurum prominentium indicio, neque non alius quibusdam conjecturâ asinum esse deprehendit, ac probè fustigatum reduxit dominoque agnoscenti reddidit. Interim autem risu non mediocrem concitabat omnibus Cumanis asinum jam agnitus, quos dudum, creditus leo, metu prope modum exanimaverat.

De Scarabeo et Aquila.

S Scarabeus aliquando spretus ab aquila, cœpit de vitiis dicta quoquo pacto sumenda cogitare. Pervestigavit ubi nam aquila nidum collocâisset, adrepit scarabeus et ova simili dolo dejecit. Aquila, cum sæpius domicilium commutâisset, neque quicquam proficeret Joveni patronum adiit; exponit calamitatem suam: jubet, ut suo in gremio ponat ova, vel isthic in tutâ futura. Et huc per vestis lacinias, sinusque prorepserit pertinax scarabeus, haudquaquam sentiente Jove. Deinde ubi vidit ova commoveri Jupiter, neque satis animadvertit, territus rei novitate, excusso gremio, in terram dejecit.

De Satyro et Rustico.

Atyrus quidam, cum vehementer algeret, hiberno gelu supra modum sæviente, à rustico quodam invitatus est in hospitium. Admirans autem, cur homo claret in manus ori admotas, rogavit cur ita faceret. Respondit, Ut frigidas manus halitus tepore calefaceret. Deinde ubi, extructo foco, appositâ mensâ, pulstem fervidam rursus inflaret, magis etiam ad-ratus, sciscitatus est, quid hoc sibi vellet. Uti pul-tem, inquit ille, nimium ferventem halitu refrigerem. Tum Satyrus surgens à mensa, Quid ego audio? in-quit. Tune, eodem ex ore, pariter, calidum et fri-gidum efflas? Valebis. Neque enim mihi consilium est, an ejusmodi homine commune habere hospitium.

De Murg in cista nato.

Mus in cista natus omnem serè ibi egerat ætatem nucibus pastus, quæ in ea servari solebant. Dum tem circa oras cistæ ludens decidisset, quæreretque censum, reperit epulas lautissimè paratas: quas cum stare cœpisset, Quàm stultus, inquit, hæcenus fui, si in toto terrarum orbe nihil melius cistolâ meâ esse credebam! Ecce quàm suavioribus hîc vescor cibus!

De Rustico et Tritico.

Impetraverat à Cerere rusticus quidam, ut triticum absque arstis nasceretur, ne metentium trituran-umque manus læderet: quod ubi maturuit, à minu-avis depastum est. Tum Rusticus, Quam digna, inquit, patior, qui parvæ commoditatis causâ, emolu-enta quàm maxima perdidit!

De Accipitre Columbam insequente.

Cum accipiter columbam præcipiti insequeretur volatu, villam quandam ingressus à rustico cap-tus est: quem blandè, ut se demitteret, obsecrabat:

Non

Non enim te læsi, dixit. Cui rusticus, Nec hæc, respondit, te læserat.

De Aranea et Hirundine.

ARanea in hirundinem excaudescens, quæ musca qui suus est cibus, capiebat, retia in foribus, quas volitare solebat, ut eam caperet, suspendere. Hirundo verò advolans, retia cum textrice per se portabat. Tum aranea pendens, et sese jam jam perituram intelligens, Quàm justè hoc patior, dicebat, quæ minima volatilia magno labore vix capiens, credidi tam magnas aves comprehendere posse.

De Rustico annum transituro.

Rusticus torrentem transiturus, qui forte imbribus excreverat, quærebat vadum. Et cum primò eam fluminis partem tentasset, quæ quietior placidiorque videbatur: reperit eam altiore quam animo eropinatus; rursus, ubi breviorē tutioremque adire venit, ibi majori aquarum strepitu fluvius decurrebat. Tum secum, Quàm tutius, inquit, clamoris aquis, quam quietis et silentibus, vitam nostram credere possumus.

De Columba et Fica.

Columba interrogata à pica, quid eam induceret, ut in eodem semper loco nidificaret, cum ejus pulchritudo inde semper surriperentur: Simplicitas, respondit.

De Cuculo et Accipitre.

Irrisus ab accipitre cuculus, quod cum sibi et corpori par, et colore non ablimilis, esset, præ angustia animi potius vermibus terrenis, quam suavibus aliarum avium carnibus, vesceretur. Vidit paucis post diebus accipitrem à rustico, cujus columbas insectabatur captum, ad metum cæterorum, ex alta turre pendere. Cui cuculus, Quàm melius, inquit, amice, fuisset vermes venari, quam alienas aves impetere!

De Asino et Vitulo.

Asinus et vitulus cùm in eodem pascerentur prato, sonitu campanæ hostilem exercitum advenire præsentiebant. Tum vitulus, Fugiamus hinc, ô pedales, inquit, ne hostes nos captivos abducant. Cui asinus, Fuge tu, inquit, quem hostes occidere et esse consueverunt: asini nihil interest, cui ubique eadem erendi oneris est proposita conditio.

De Vulpe et Mulieribus gallinas edentibus.

Vulpes juxta villam quandam transiens, conspexit catervam mulierum plurimas gallinas opiparè astatas alto silentio comedentem: ad quas conversa, Qui amores, inquit, et canum latratus contra me essent, si ego facerem, quod vos facitis! Cui respondens quædam mulier, Pessima animalium, inquit, nos, quæ nostra sunt, comedimus; tu verò aliena furaris.

De Caponibus pinguibus et macro.

Vir quidam complures capones in eodem ortu boscio inclusos largo nutricaverat cibo, quos pingues effecti sunt omnes præter unum, quem, ut macilentum, irridebant fratres. Dominus, nobiles hostes lauto et sumptuoso accepturus convivio, impetavit coquo, ut ex his interimat coquatque, quos pinguios invenerit. Hoc audientes saginati, sese afflictabant, dicentes, Quanto præstitisset, nos macilentos esse!

De Trabe et Bobus eam trahentibus.

Trabs ulmea de bobus conquerebatur, dicens: Ingrati, ego multo tempore meis vos frondibus nutrebo; vos verò me nutricem vestram per saxa et luta trahitis. Cui boves, Gemitus, suspiriaque nostra, et stimulus quo pungimur, te docere possunt, quod te abimus inviti. Ignovit trabs.

De Arboribus pulchris et deformi.

ARbores complures in eodem creverant loco præceræ, rectæ, enodesque, præter unam humilem parvam, nodosamque, quam ut deformem pusillamque cæteræ ludibrio habere solitæ erant. Ædificatur domum, loci dominus jubet omnes excidi, præter eam quæ, brevitæ et deformitate sua, ædificium indecûm redditura videbatur. Cæteris excisis, deformi hæc secum dicebat, De te non amplius querar, natur quod me turpem genueris, cum formolis tam magis vicam imminere discrimina.

De Cygno in morte canente, reprehenso à Ciconia

CYgnus moriens interrogabatur à ciconia, cur morte, quam cætera animalia admodum exhorrent, multo suaviores, quam in omni vita, emitteret sonos, cum potius mœstus esse deberet. Cui cygnus, Quia, inquit, neque cibi quærendi curam amplius cruciabor, neque aucupum laqueos extimescam.

De Muliere amatoris discessum flente.

Mulier impudica amatorem suum abeuntem, quem omnibus ferè rebus spoliaverat, multis lacrymis prosequabatur. Interrogante autem eam vicinam, cur tam immoderatè fleret. Non discessum ejus, inquit, sed pallium quod ei reliqui, fleo.

De Musca, quæ quadrigis insidens, pulverem se excitasse dicebat.

QUADRIGÆ in stadio correbant, quibus musca insidibat. Maximo autem pulvere, tum equorum pedum pulsu, tum rotarum volutatione, exorto, dicebat musca, Quam magnam vim pulveris excitavi!

De Anguilla conquerente, quòd magis quàm serpens infestaretur.

Anguilla interrogabat serpēntem, quare, cūm similes essent, atque cognati, homines tamen se potius quàm illam insequerentur. Cui serpens, Quia ratio, inquit, me lædunt impunè.

De Asino, Simia et Talpa.

Conquerente asino quod coramibus careret, simiã veidò, quòd cauda sibi deesset! Tacete, inquit talpa, cūm me oculis captum esse videatis.

De Nautis Sanctorum auxilium implorantibus.

Nauta quidam in mari subitã et atrã tempestate deprehensus, cæteris ejus sociis diversorum ditorum auxilium implorantibus, nescitis, inquit, quid petitis. Antè enim quàm sancti isti ad Deum pro nostra liberatione se conferant, hæc imminente procellã, fruemur. Ad eum igitur confugiendum censeo, qui, usque alterius adminiculo, à tantis malis nos poterit liberare. Invocato igitur Dei omnipotentis auxilio, licèd procella cessavit.

De Piscibus è sartagine in prunas desilientibus.

Pisces adhuc vivi in sartagine ferventi oleo coquebantur; quorum unus, Fugiamus hinc, fratres, inquit, ne pereamus. Tum omnes pariter è sartagine silientes, in ardentis prunas deciderunt. Majore igitur dolore affecti, damnabant consilium, quòd ceperant, licentes: Quanto atrociori nunc morte perimus!

De Quadrupedibus societatem adversus aves, cum piscibus ineuntibus.

Quadrupedes, cūm bellum sibi ab avibus esset indictum, cum piscibus fœdus ineunt, ut, eorum auxilio, se ab avium furore tuerentur. Cūm autem optata expectarent

expectarent auxilia, pisces negant se per terram ad eam accedere posse.

De Legato avaro Tubicines decipiente.

Quidam avarus pro patria legatus in aliam urbem profectus erat; cui tubicines præstò adfuerunt, ut illius aures tubarum clangore, loculos autem suis pecuniâ implerent. Quibus ille renuntiari jubet, nec esse nunc locum cantibus, se in summo luctu et dolore constitutum, matrem enim suam obiisse. Tubicines autem spe frustrati et mœsti abeunt. Amicus quidam legati audiens luctum, ad eum visendum consolandumque accedit, interrogatque quamdudum mater ejus obiisset. Quadraginta jam anni sunt, inquit. Tu, amicus, intellecto legati dolo, in risum effusus es.

De Viro, qui ad Cardinalem nuper creatum gratulandi gratiâ accessit.

Vir quidam facetus et admodum urbanus, audierat amicum suum ad Cardinalatûs dignitatem adsumptum, ad eum gratulandi gratiâ accessit. Qui honoratissimus, amicum veterem agnoscere dissimulans, quidnam esset interrogabat. Cui ille, ut erat ad jocum promptus, Miseresco, inquit, tui, cæterorumque qui a ejusmodi honores perveniunt! Quamprimùm enim dignitates ejusmodi estis assecuti, visum, auditumque et cæteros sensus ita amittitis, ut pristinos amicos amplius non dignoscatis.

De Juvene Senis curvitatē irridente.

Juvenis quidam conspicatus senem in arcu tensi similitudinem curvum, interrogavit, an sibi arcum vellet vendere. Cui ille, Ecquid est tibi opus pecuniâ amittere? si enim ad meam perveneris ætatem, absque pecuniâ arcum tibi natura concedet.

De Aquila et Pica.

Pica aquilam rogabat, ut se inter suos familiares et domesticos acciperet, quando id mereretur, cum corporis pulchritudine, tum ad mandata peragenda, et lingue volubilitate. Cui Aquila, Hoc facerem, respondit, ni vererer, ne, quæ intra tegulam fiant, tuâ quacitate cuncta efferres.

De Turdo amicitiam cum Hirundine ineunte.

Gloriabatur turdus se amicitiam contraxisse cum hirundine, Cui mater, Stultus es, fili, inquit, si credis te cum ea posse convivere; cum uterque vestrum versa soleat appetere loca: tu enim frigias, illa tepidis delectatur locis.

De Rustico et Mure.

Rusticus quidam erat admodum pauper, sed adeo facetus, ut ne calamitatis quidem tempore natalis leporis oblivisceretur. Is cum villam suam casu igne injecto, ita ardentem videret, ut aliquo modo ignem extinguere posse diffideret, moestus spectat incendium. Interim cernit murem quendam, qui, villâ egressus, periculum quam ocyssimè fugiebat. Oblitus damnorum rusticus, accurrit, et murem corripiens, illum in medium jecit incendium, dicens, Ingratum animal, tempore felicitatis mecum habitasti, nunc, quia fortuna mutata est, villam meam deseruisti.

De Divoite quodam et Servo.

VIR erat dives, servum habens tardi ingenii, quem regem stultorum solebat nuncupare. Ille his verbis sæpius iratus, statuit hero par referre. Seniel enim herum conversus, Utinam, inquit, rex stultorum essem; in toto enim terrarum orbe nullum meo latius et imperium, et tu quoque meo subesses imperio.

De Canibus urbanis Villaticum insequentibus.

Canes complures urbani quendam villaticum præcipiti insequabantur cursu: quos diu ille fugere nec repugnare ausus est. At ubi ad insequentes convectus substitit, et dentes ipse quoque ostendere cœpit, omnes pariter substituerunt, nec aliquis urbanorum illi appropinquare audebat. Tunc imperator exercitû qui fortè ibi aderat, ad suos conversus milites, Com miliones, inquit, hoc spectaculum nos admonet, et fugiamus, cum præsentiora fugientibus quam repugnantibus videamus imminere pericula.

De Anu Dæmonem accusante.

Volunt homines ut plurimum, quando suâ culpâ a liquid sibi acciderit adversi, in fortunam, vel in Dæmonem culpam conferre, ut se crimine exuant, adeo omnes sibi indulgent. Hoc Dæmon ægrè ferens cum videret anum quandam arborem ascendentem, et qua illam ruituram, et in se culpam collaturam præviderat, accitis testibus, dixit, Videte anum illam absque meo consilio arborem ascendentem, unde eam casuram esse prospicio: estote mihi testes, me ei non suasisse, ut soleata illam ascenderet. Mox anus cecidit et cum interrogarent, cur soleata arborem ascendisset; Dæmon, inquit, me impulit. Tum Dæmon adductis testibus, probavit, id ab anu absque suo factum esse consilio.

De Testudine et Ranis.

Testudo conspicata ranas, quæ in eodem stagno pascébantur, adeo leves agilesque, ut faciliè quolibet prolirent, et longissimè saltarent, naturam accusabat, quòd se tardum animal, et maximo impeditum onere procreâset, ut neque faciliè se movere posset, et magnâ assiduè mole premeretur, At ubi videt ranas
angoillarum

anguillarum escam fieri, et cujuscunque vel levissimo tui obnoxias, aliquantulum recreata dicebat; Quando melius est onus, quo ad omnes ictus munita sum, terre, quam tot mortis subire discrimina.

De Gliribus Quercum eruere volentibus.

GLires quercum arborem glandiferam dentibus eruere destinaverant, quo paratiorem haberent ci- am, ne victus gratiâ toties ascendere et descendere co- rentur. Sed quidam ex his, qui ætate, et usu rerum, prudentiâ, cæteros longè antebat, eos absterruit, cens, Si nutricem nostram nunc interficiemus, quis, futuris annis, nobis ac posteris nostris alimenta præ- bibeat?

De Canè et Hero.

Canem quidam habens, quò magis illi diligeretur, semper eum suis pascebat manibus, ligatumque vivebat: ligari autem et verberari jubebat à servo; beneficia à se, maleficia autem à servo in illum vide- antur esse collata. Ægrè autem ferens canis, se asside- re ligari verberarique, aufugit: et cum increparetur domino, ut ingratus, et tantorum beneficiorum im- memor, qui à se fugisset, à quo semper dilectus, pas- que fuisset, ligatus autem verberatusque nunquam; respondit, Quod servus tuo jussu facit, id à te factum esto.

De Urso et Apibus.

Ursus ictus ab Ape, tantâ irâ percitus est, ut alve- aria, in quibus apes mellificaverunt, unguibus scerperet. Tunc apes universæ, cum domos suas irui, cibaria auferri, filios necari viderent, facto im- petu, aculeis ursum invadentes penè necavere: Qui earum manibus vix elapsus, secum dicebat, quanto melius

melius erat apis unius aculeum tolerare, quàm tot me hostes meâ iracundiâ concitare !

De Aucupe et Volucris.

Auceps tetenderat volucris retia, largamque illi in area effuderat escam; pascentes tamen avæ non capiebat, quia sibi videbantur paucæ: quibus partim ac avolantibus, aliæ postum adveniunt; quas quæque propter paucitatem capere neglexit. Hoc per totum diem ordine servato, ac aliis advenientibus, aliis abeuntibus, illo semper majorem prædani expectant, tandem advesperascere cœpit. Tunc auceps, amissæ spe multas capiendæ, cum jam tempus esset quiescendæ, attrahens retia, unam tantum fringillam, quæ intellæ in area remanserat, cepit.

De Milite et duobus Equis.

Milles, equum habens optimum, emit alium ne quidquam illi bonitate parem, quem multo diligentiùs quàm priorem nutrebat. Tunc posterior prætori sic ait; Cur me dominus quàm te impensius curat cum tibi neque pulchritudine, neque robore, neque velocitate comparandus sum? Cui ille, Est hæc, inquit, hominum natura, ut semper in novos hospites benigniores sint.

De Sue et Canis.

SUS irridebat canem odorifera, qui domino murmure et caudâ adularetur, à quo ad artem aucupatoriam multis verberibus, auriumque vellicationibus fuerat instructus. Cui Canis, Nescis, inquit, infame nescis, quæ ex verberibus illis sum consecutus. Per ea enim suavissimis perdicum coturnicumque carnibus vescor.

De Trabe Boum pigrítiam increpante.

TRabs, quæ curru vehebatur, boves ut lentulos increpabat, dicens, Curríte pigri, onus enim re portatis. Cui boves, Irrides nos? responderunt: Poras, quæ te pœna maneat. Onus hoc nos citò ponemus; tuum autem tu, quoad rumparis, sustinere cogeris. Indoluit trabs, nec ampliùs boves conatiis lacessere ausa est.

De Carduele et Puerò.

Carduelis avis interrogata à puero, à quo delitiis habita, et suavis largisque cibis nutrita fuerat, caveâ egressa regredi nollet: Ut meo, inquit, meo, bitratu, non tuo, pascere possim.

De Upupa indignè honorata.

Nvitatæ fere omnes aves ad aquilæ nuptias, indignè ferebant, upupam cæteris præferri, quia corona lignis esset, et versicoloribus pennis ornata, cum semper inter stercorea et sordes solita esset volitare.

De Mulo et Equo.

Mulus conspiciens equum aureo fræno ephippioque insignem, et purpureis opertum phaleris, impetebatur invidiâ, illum beatum reputans, qui conditò optimis vesceretur cibus, et decoro amiceretur habitu, se autem præ illo infelicem, qui clivellis maleolatis oppressus, quotidie maxima onera ferre cogere. At ubi vidit equum è pugna redeuntem multis lectum vulneribus, præ illius calamitate se felicem appellabat, longè melius esse dicens, quotidiano labore vicium quæritare, et turpiter vestiri, quàm post optimos et delicatos cibos, et tantos ornatus, mortis ire discrimina.

De Coriario emente pellem Urſi à Venatore nondum capti.

Coriarius ad venatorem accedens, emit ab eo pellem Urſi, pecuniamque pro ea protulit. Ille ſibi in præſentia pellem urſi non eſſe, cæterùm poſtquam venatum profecturum, urloque interfecto, pellem illam ei ſe daturum pollicetur. Coriarius, animi gratiam cum venatore in ſylvam profectus, altiſſimam arborem aſcendit, ut inde urſi venatorisque certamen proſpiceret. Venator intrepidus ad antrum, ubi urſus latebat profectus, immiſſis canibus, illum exire coarmpulit: quæ evitato venatoris icſtu, eum proſtravit humi. Tu venator, ſciens hanc feram in cadavera non ſervare anhelitu retento, ſe mortuum ſimulabat. Urſus, naribus admotis, olfaciens, cum illum nec uſo nec conſpirantem deprehenderet, abceſſit. Coriarius cum terram abeſſe perſpiceret, ac nihil amplius adeſſe periculi de arbore delabens, et ad venatorem, qui nondum ſurgere audebat, accedens, illum ut ſurgeret, monebat. Interrogavit deinde, quid ad aurem ei urſus locutus eſſet. Cui venator, Monuit me, inquit, ne deinceps urſi pellem vendere vellem, niſi cum priùs ceperim.

De Leone et Mure.

LEO laqueo captus in ſylva, cum ſe ita irretitum videret, ut nullis viribus ſe inde poſſe explicare conſideret, murem rogavit, ut, abroſo laqueo, eum liberaret, promittens tanti beneficii ſe non immemor futurum: quod cum mus promptè feciſſet, leonem rogavit, ut filiam ejus ſibi traderet in uxorem. Nec aſſentuit leo, ut benefactori ſuo rem gratam faceret. Non autem nupta ad virum veniens, cum eum non videret caſu illum pede preſſit atque contrivit.

De Ulmo et Silere.

Ulmus, in ripa fluminis nata, siler sibi proximum irridebat, ut debile et invalidum, quod ad omnem levissimum undarum impetum flesteretur, suam auctoritatem et robur magnificis extollebat verbis, sed, multos annos assiduos annis impetus inconcussus pertulerat. Semel autem, maximam undarum violentiam ulmus perfracta trahabatur ab aquis. Cui siler rires, inquit, Cur me deseris, vicina? Ubi est nunc altitudo tua?

De Cera duritiem appetente.

Cera ingemiscebat, se mollem, et cuicumque levissimo ictui penetrabilem procreatam. Videns sem lateres ex luto multo se molliori factos in tantam duritiem ignis calore pervenisse, ut multa durarent secula, se jecit in ignem, ut eandem duritiem consequeretur. Sed statim ab igne liquefacta, consumpta est.

De Agricola militiam et mercaturam affectante.

Agricola quidam ægrè ferebat, se assidè terram volere, nec perpetuis laboribus ad magnas divitias venire; cum nonnullos videret milites, qui factis rebus ita rem auxerant, ut bene induti incederent, lautis epulis nutriti, beatam agerent vitam. Venis igitur ovibus, capris, ac bobus, equos emit et pecora, et in militiam profectus est, ubi cum ab Imperatore suo malè pugnatum esset, non solidum quæ habebat perdidit, sed etiam pluribus vulneribus affectus est. Regere, damnatam militiam, mercaturam exercere statuit, in qua majus lucrum et minorem laborem esse existabat. Prædiis igitur venditis, cum navim mercibus replevisset, navigare cœperat, sed cum in alto esset, tempestate magnam coortam, navis submersa est, et ipse

ipse cum cæteris, qui in ea erant, ad unum omperiere.

De Anne suum fontem convitiis laceffente.

AMnis quidam suum fontem convitiis laceffebat, ut inertem, quod immobilis staret, nec ulli haberet pisces: Se autem plurimum commendabat, quod optimos crearet pisces, et per valles blandum murmure serperet. Indignatus fons in animum veingratum, undas repressit. Tunc annis et piscibus, dulci sono privatus, exaruit.

De Viro maligno et Dæmone.

VIR malignus cum plurima perpetrasset scelera, sæpius captus, et carcere conclusus, arctissime per vigili custodiã teneretur, Dæmonis implorabat auxilium: qui sæpenumero illi affuit, et è multis eum periculis liberavit. Tandem iterum deprehenso, et solutum auxilium imploranti, Dæmon, magnum calceorum pertusorum fascem super humeros habens, apparuit, dicens, Amice, amplius tibi auxilio esse non possum: tot enim loca pro te liberandæ hætenus peragravi, ut hos omnes calceos contriverim: nulla etiam mihi superest pecunia, quã alios valeam comparare; quare pereundum est tibi.

De Avibus plures Reges eligere volentibus.

AVES consultabant de pluribus regibus eligendis, cum aquila tantos volucrum greges sola regere non posset: fecissentque voto satis, nisi cornicis monitu à tali consilio destitissent. Quæ cum causam rogetur, cur non plures reges duceret eligendos, Quia difficilior, inquit, plures, quam unus saccus, implentur.

De Muliere, quæ pro Viro se velle mori dicebat.

Matrona quædam admodum pudica et viri amantissima, ægrè ferebat, maritum adversâ valetudine detineri, lamentabatur, ingemiscebat, et, ut suum virum amorem testaretur, rogabat mortem, ut, si maritum sibi esset ereptura, se potius quàm illum vellet occidere. Inter hæc verba, mortem cernit horribili aspectu venientem: cujus timore perterrita, et in sui voti pœnitens, Non sum ego, inquit, quem occidis: jacet ibi in lecto, quem occisura venisti.

De Viro clysteres recusante.

VIR quidam natione Germanus, dives admodum, ægrotabat: ad quem curandum plures accesserunt medici: (ad mel enim catervatim convolant muscæ:) horum unus, inter cætera, dicebat, Opus esse clysteribus, si vellet convalescere. Quod cum vir hujusmodi insuetos medicinæ audiret, furore percitus, medicos domo ejici jubet, dicens, Eos esse insanos, qui, cum caput ipsi doleret, podici vellent mederi.

De Asino ægrotante, et Lupis visitantibus.

Asinus ægrotabat, fama que exierat, eum citò moriturum. Ad eum igitur visendum cum lupi caesque venissent, peterentque à filio quomodo paterus se haberet; ille per ostii rimulam respondit, Meus, quam velletis.

De Asino laborum finem non inveniente.

Asinus hyberno tempore plurimùm angebatur, quòd nimio assiceretur frigore, et dorum palæarum haberet victum: quare vernam temperiem et teneras herbas optabat. Sed cum ver advenisset, cogeretorque domino, qui figulus erat, argillam in aream, et lignum ad fornacem, indeque lateres, imbrices, tegulas ad diversa loca deferre; pertæsus veris, in quo tot

E

labores

labores tolerabat, æstatem omnibus votis expectabat ut dominus, messe impeditus, cum quiescere pateretur. Sed tunc quoque cum messes in aream, et inde domum triticum ferre compelleretur, nec quieti sibi locus esset autumnum saltem laborum finem fore sperabat. Sed ubi ne tunc quoque malorum terminum adesse cernebat, cum quotidie vinum, poma, ligna portanda essent rursus hyemis nivem et glaciem efflagitabat, ut tunc saltem aliqua sibi requies à tantis laboribus concederetur.

De Mure, qui cum Fele amicitiam contrahere volebat.

Mures complures in cavo parietis commorantes contemplabantur selem, quæ in tabulato, capite demisso et tristi vultu, recumbebat; Tunc unus ex iis. Hoc animal, inquit, benignum admodum et mite videtur: vultu enim ipso sanctimoniam quandam præfert. volo ipsum alloqui, et cum eo indissolubilem necesse amicitiam. Quæ cum dixisset, et propiùs accessisset à fele captus et dilaceratus est. Tunc cæteri, hoc videntes, secum aiebant, Non est, profecto, non est vultui temere credendum.

De Asino, qui Hero ingrato serviebat.

Asius, qui viro cuidam ingrato multos annos inoffenso pede servierat, semel, ut sit, dum sarcinâ pressus esset gravi, et salebrosâ incederet viâ, sub onere recidebat. Tum dominus implacabilis multis verbis surgere compellebat, pigrum animal et ignavum nuncupans. At ille miser inter verbera hæc secum dicebat; Infelix ego, quàm ingratum fortitus sum herum! Nam quamvis ei multo tempore sine offensa servierim, tamen non hoc unum delictum tot meis pristinis beneficiis compensat.

De Lupo suadente Hystrici, ut tela deponeret.

Lupus esuriens in hystricem intenderat animum :
 quam tamen, quia sagittis undique munita erat,
 invadere non audebat. Excogitatâ autem eam perden-
 sâ astutiâ, illi suadere cœpit, ne pacis tempore tantum
 glorum onus tergo portaret : quandoquidem non ali-
 quid sagittarii, nisi, cùm prælii tempus instaret, porta-
 rent : Cui histrix, Adversus lupum, inquit, semper
 præliandi tempus esse, credendum est.

De Mure liberante Milvum.

MUS conspicatus milvum laqueo aucupis implici-
 tum, misertus est avis, quamvis sibi inimicæ
 brosisque dente vinculis, evolandî viam fecit. Mil-
 vus tanti immemor beneficii, ubi se solutum vidit, mu-
 rem nil tale suspicantem corripiens, unguibus et rostro
 aceravit.

*De Cochlea petente à Jove ut suam domum secum fer-
 re possset.*

CUM Jupiter ab exordio mundi singulis animali-
 bus munera, quæ petissent, elargiretur ; co-
 chlea ab eo petiit ut domum suam posset circumferre.
 Interrogata à Jove, quare tale ab eo munus exposceret,
 quod illi grave et molestum futurum erat, Malo, in-
 quit, tam grave onus perpetuò terre, quam, cùm mihi
 abuerit, malum vicinum non posse vitare.

De Erinaceo, Viperam hospitem ejiciente.

ERINACEUS hyemem adventare præsentens, blandè
 viperam rogavit, ut, in propriâ illius cavernâ,
 adversus vim frigoris locum sibi concederet. Quod
 cum illa fecisset, erinaceus huc atque illic se provol-
 vens, spinarum acumine viperam pungebat, et vehe-
 menti dolore torquebat. Illa malè secum actum videns,
 quando

quando erinaceum excepit hospitio, blandis eum verbis, ut exiret, orabat, quandoquidem locus duobus esset angustus. Cui erinaceus, Exeat, inquit, quia hic manere non potest. Quare vipera, sentiens se locum ibi non esse, illinc cessit hospitio.

De Lepore sese Vulpi præferente ob pedum velocitatem.

Lepus sese dignum reputabat, qui vulpi præferretur, quoniam longè illam pedum pernecitate superabat. Tum vulpes, At ego, inquit, ingenium suo sortita præstantius, quo sæpius, quàm tu pernecitatuâ, canes eludo.

De Agricola quodam et Poëta.

Agricola quidam ad poëtam accedens, cujus agro colebat, cum eum inter libros solum offendisset, interrogavit eum, quo pacto ita solus vivere posset. Cui ille: Solus, inquit, tantùm esse cœpi, postquam te huc contulisti.

De Lupo Ovis pelle induto, qui gregem devorabat.

Lupus ovis pelle indutus, ovium se immiscuit gregi, quotidieque aliquam ex eis occidebat: quod cum pastor animadvertisset, illum ex altissima arbor suspendit. Interrogantibus autem cæteris pastoribus, cur ovem suspendisset, aiebat, Pellis quidem, ut videtis, est ovis, opera autem erant lupi.

De Patre filium ad virtutes frustra hortante.

Pater quidam filium, vitiis deditum, multis hortabatur verbis, ut, derelictâ vitiorum viâ, virtutibus invigilaret, quæ ei laudem et decus erant parituræ. Cui filius, Frustrâ, inquit, pater, ad hæc facienda hortaris: multos enim prædicatores, ut aiunt, audivi quod

si longè te meliùs ad virtutum hortabantur viam, inquam tamen eorum admonitionibus obsecutus sum.

De Cane oves domini sui occidente, à quo suspensus est.

Pastor quidam cani oves suas dederat custodiendas, optimis illum pascens cibus. At ille sæpe aliquam rem occidebat. Quod cum pastor animadvertisset, canem capiens, eum volebat occidere. Cui canis, spare me, inquit, perdere cupis? Sum unus ex domesticis tuis, interfice potius lupum, qui continuè tuo rاديatur ovili. Imò, inquit pastor, te quàm lupum morte dignum magis puto; ille enim palam se meum ovem profitetur: tu verò sub amicitie specie, quod meum imminuis gregem.

De Aquila filios Cuniculi rapiente.

Aquila in altissima arbore nidulata, catulos cuniculi, qui non longe illinc pasciebantur, in escam pulcherrimam suorum rapuerat: quam cuniculus blandis orationibus, ut suos sibi filios restituere dignaretur. At aquila, eum, pusillum et terrestre animal, et ad sibi notandum impotentem, arbitrata, eos in conspectu manus magnas dilacerare, et pullis suis epulandos appropinquare non dubitavit. Tunc cuniculus filiorum morte commotus, hanc injuriam minimè impunitam abire permisit; arborem enim, quæ nidum sustinebat, radicibus effodit; quæ levi impulsu ventorum procidens, filios aquilæ adhuc iniplanes et involucres in humum projecit, qui à feris depalti magnum doloris solatium cuniculo præbuerunt.

De Ove Pastori convitiante.

Ovis convitiabatur pastori, quòd non contentus lacte, quod in usum suum filiorumque ab ea mulgebat,

gebat, insuper illam vellere denudaret. Tunc pater iratus filium ejus trahere ad mortem. Ecquid, inquit ovis, pejus mihi facere potes? Ut te, inquit pater, occidam, et lupis canibusque projiciam devorandam. Siluit ovis, majora adhuc mala foras dans.

De Viri amicis experiri volente.

VIR quidam dives admodum et liberalis magnam habebat amicorum copiam, quos ad cœnam sumptuosissime invitabat, ad quem libentissimè accedebat. Volens autem experiri, an in laboribus et periculis sibi fideles essent, omnes pariter convocavit, dicens: Obortos sibi inimicos, ad quos pericendos ire statueram, quare, correptis armis, secum irent, ut illatas sibi ulcerentur injurias. Tum omnes, præter duos, sese excusare cœperunt: Cæteris igitur repudiatis, illos tantum duos in amicorum numero habuit; quos deinceps singulari amore prosecutus est.

De Vulpe carnem Leporis Cani laudante.

Vulpes cum fugaretur à cane, et jam in eo esset caperetur, nec ullam aliam evadendi viam invenire se posse cognosceret: Quid me, inquit, ô canem perdere cupis, cujus caro tibi usui non esse potest? Cape potius leporem illum (non procul enim lepus aberat) cujus carnem suavissimam homines esse commemorant. Canis igitur motus consilio vulpis, omisit vulpe, leporem insecutus est; quem tamen, ob incredibilem ejus velocitatem, capere non potuit: Paucis post diebus lepus conveniens vulpem, vehementer eam accusabat (verba enim ejus audierat) quòd se carum demonstrasset. Cui vulpes, Quid me accusas, lepus cum tantopere te laudavi? quid diceres si te vituperassetem?

Lepore calliditatem, et Vulpe celeritatem à Jove petentibus.

Epus et vulpes à Jove petebant : hæc, ut calliditati suæ pedum celeritatem ; ille, ut velocitati suæ calliditatem, adjungeret. Quibus Jupiter ita respondit, Ab origine mundi è sinu nostro liberalissimo regalis animantibus sua munera sumus elargiti : uni tem omnia dedisse, aliis fuisset injurium.

Equo inculto, sed veloci, et cæteris eum irridentibus.

Qui complures ad Circenses ludos fuerant adducti, pulcherrimis phaleris ornati, præter unum, quem veteri incultum, et ad hujusmodi certamen ineptum fidebant, nec unquam victorem futurum opinabantur. Sed ubi currendi tempus advenit, et, dato tubæ signo, cuncti carceribus exsiluere, tum demum innotuit, quomodo hic, paulò antè irrisus, cæteros velocitate superaret, omnibus enim aliis post se longo intervallo relictis, palam affecutus est.

Rustico per vocem hædi ad Jurisconsultum admissio.

Rusticus quidam gravi lite implicatus, ad quendam jurisconsultum accesserat, ut eo patrono se explicaret. At ille aliis negotiis impeditus, denunciavit se non posse nunc illi dare operam ; quare abiit, aliàs rediturus. Rusticus, qui huic, ut veteri siquæ amico, plurimum fidebat, sæpius rediens nuntium admissus est. Tandem hædum adhuc lactentem pinguem secum afferens, ante ædes jurisperiti statit ; et hædum vellicans, illum balare coëgit. Janitor, qui ex præcepto heri dona portantes statim admittere solebat, auditâ voce hædi, januam illicò aperit, hominem introire jubet. Tunc Rusticus ad hædum

dum conversus, Gratiâs, inquit, ago, hæc dule mihi, tam faciles mihi has effecisti fores.

De Senè juvenem poma sibi furripientem saxis jiciente.

Senex quidam juvenem sibi poma furripientem blâdis orabat verbis, ut ex arbore descenderet, res suas vellet auferre. Sed cùm incassùm verba faderet, juvene ejus ætatem ac verba contempnen. Non in verbis tantùm, inquit, verùm, etiam in hâbis audio esse virtutem. Herbas igitur vellere, et illum jacere cœpit. Quod juvenis conspiciatus, in hementem risum effusus est, et senem delirare arbitatar, qui crederet, se eum ex arbore herbis posse pellere. Tunc senex omnia experiri cupiens, Quam inquit, verborum et herbarum vires, adversus rapream mearum rerum, nullæ sunt, lapidibus agam, quibus quoque dicunt esse virtutem: lapidesque, qui gremium impleverat, in juvenem jaciens, illum descere et abire cœgit.

De Luscinia, cantum Accipitri pro vita potente.

Luscinia ab accipitre famelico comprehensa, cùm modò ab eo devorandam esse, intelligeret, blâdè eum rogabat, ut se demitteret, pollicita pro tantò beneficio ingentem mercedem sese relaturam. Cùm autem accipiter eam interrogaret, quid gratiæ sibi ferre posset; Aures, inquit, tuas mellituis cantibus demulcebo. At ego, inquit accipiter, malo mihi vestrem demulceas: siue tuis enim cantibus vivere possim, siue cibo verò non possum.

De Leone Porcum sibi socium eligente.

EO cùm socios adsciscere sibi vèllet, multa que animalia sese illi adungere optarent, idque preces et votis exposcerent, spretis cæteris, cum porco amicitiam societatem voluit inire. Rogatus autem causam, respondit, Quia hoc animal adeò fidum est, ut amicos suos, in nullo quantumvis magno discrimine, quam relinquat.

De Culice cibum et hospitium ab Ape petente.

Ulex hyberno tempore, cùm fame et frigore se periturum conjiceret, ad apum accessit alvearia, eis cibum et hospitium petens : quæ si ab eis fuisset consecutus, promittebat, filios earum se artem musicam edoctrurum. Tunc quædam apis, At ego malo artem meam liberi mei discant, quæ eos à famis et frigiditate periculo, eximere poterit.

De Asino tubicini, et Lepore tabellario.

EO rex quadrupedum, adversus volucres pugnaturus, suorum acies instruebat. Interrogatus autem cursor, quid ei asini inertia aut leporis timiditas, ad victoriam conferre possent, quos ibi inter cæteros milites adesse cernebat ; respondit, Asinus tubicinis clangore, milites ad pugnam concitabit : lepus verò, quadrupedum celeritatem, tabellarii sungetur officio.

Accipitribus inter se inimicis, quos Columbæ composuere.

Accipitres invicem inimici quotidie decertabant, suisque odiis occupati, alias aves minime infestabant. Columbæ, illorum vicem dolentes, eos, missis precibus, composuere. Sed illi, ubi inter se amici effecti sunt, cæteras aves imbecilliores, et maximè columbas, exire et occidere non desinebant. Tum secum columbæ,

lumbæ, Quàm utilior accipitrum discordia, quàm discordia, nobis erat !

De Senè mortem differre volente.

Senex quidam mortem, quæ eum è vita raptura venerat, rogabat, ut paululùm differret, testamentum conderet, et cætera ad tantùm iter necessaria præpararet. Cui mors, Cur non, inquit, tenuis præparasti, toties à me monitus ? Et cum eam nunquam à se visam antea, diceret ; Cum, inquit, non æquales tuos modò, quorum nulli fere jam restat, verum etiam juvenes, pueros, infantes, quotidie piebam, nonne te admonebam mortalitatis tuæ ? Oculos hebescere, auditum minui, cæteròsque sensus indies deficere, corpus ingravescere sentiebas, non tibi, me propinquam esse dicebam ? et te admoneri negas ? quare ulteriùs differendum non est.

De Vulpe et Capro.

Vulpes et Caper sitibundi in quendam puteum descendunt ; in quo cùm perbibissent, circumspicienti reditum capro vulpes ait, Bono animo es caper : excogitavi namque quo pacto uterque redimus ; siquidem tu eriges te rectum, prioribus pedibus ad parietem admotis, cornuaque, adducto ad pedes mento reclinabis, et ego per terga cornuaque transfiliens, et extra puteum evadens, te isthinc perducam. Cujus consilio fidem habente capro, atque ut ille jubebat, obtemperante, ipsa è puteo profusa ac deinde præ gaudio in margine putei gestiebat, et tabatque, nihil de hirco curæ habens. Cæterùm cum ab hirco, ut fœdifraga, incusaretur, respondit ; Enimvero, hirce, si tantum tibi esset sensùs in mente, quod tuus est setarum in mento, non prius in puteum descendisses, quàm de reditu exploratum habuisses.

De Vulpe et Leone.

Ulpes nullum antea leonem conspicata, cùm illi aliquando ex improvìso obviam ìsset, ita contum ejus expavit, ut parum absuerit, quin extingueret. Quod cùm iterum postea accidisset, ad contum quidem leonis exterrita est, sed non ita ut s. Tertiò autem cùm leonem eundem in civitate intrita, non modò non exterrita, sed etiam adenter adiens, cum eo collocuta, et confabularetur.

De Gallis et Perdice.

Allos quidam domi suæ cum haberet, mercatus est perdicem, eamque alendam et in societate verum dedit unà cum illis saginandam; cumque galli mordebant abigebantque; perdix apud se afflicta, existimans ideò talia inferri sibi à gallis, quod non, ab illorum genere, alienum esset. Ubi verò non tò post aspexit illos inter se pugnantes, mutuoque patientes; recreata à mœrore et tristitia, inquit, eadem posthac non afflictor amplius, videns eos inter se dimicantes.

De Vulpe et capite quodam reperto.

Ulpes aliquando in domum citharœdi ingressa, dum omnia instrumenta musica, omnem suppellectilem scrutaretur, reperit è marmore caput lupinum, inter affabréque factum; quod cùm in manum sumpserat, inquit, O caput cum magno sensu factum, nullum sensum obtinens!

De Carbonario et Fullone.

Carbonarius conductâ in domo habitans, fullonem invitavit, qui eò loci venisset, ut iisdem in ædi- unà habitaret. Cui fullonem, O homo, istud non expedit;

dit ; vereor enim ne quicquid ipse candefacerent
omne tu carbonariâ aspergine fuscares.

De Viro jactabundo.

VIR quidam aliquandiu peregrinatus, cùm iterum
mum reversus fuisset, cùm multa alia in div
regionibus à se viriliter gesta jactabundus prædica
tum vero id maxime, quod Rhodi omnes in certam
saltandi superâisset ; ejusdem rei Rhodios, qui affuera
testes esse. Ad quem unus assistentium responde
inquit, O homo, si verum istud est quod loque
quid tibi opus est testibus ? Ecce Rhodium ! ecce
certamen saliendi !

De Viro Apollinem tentante.

VIR quidam facinorosus Delphos se contulit, Ap
linem tentaturus : habensque passerculum sub p
lio, quem pugno tenebat, et accedens ad tripodas,
terrogabat eum, dicens, Quod habeo in dextra, vi
ne, an mortuum est ? prolaturus passerculum vive
si ille mortuum respondisset : rursus prolaturus mo
rtuum, si vivum respondisset ; occidisset enim stat
sub pallio clam, priusquam proferret. At Deus se
dolam calliditatem hominis intelligens, dixit, O co
sultor, utrum mavis facere (penes te namque arbitri
est) facito ; et sive vivum sive mortuum, quod
manibus habes, proferto.

De Piscatore et Smaride.

Piscator quidam, demissis in mare retibus, extu
smaridem pusilli corporis, quæ sic piscatorem c
secrabat ; Noli me in præsentia capere tam pusillam
minutam, sine abire, et crescere, ut postea sic adu
commodo cum majore potiaris. Cui piscator inqu
Ego verò amens sim, si prædam, quam inter manus h
be

licet exiguam, prætermittam, spe futuri boni, tantumlibet magni.

De Equo et Asino.

HIR quidam habebat equum et asinum. In itinere autem faciendo, inquit asinus equo, Si me saltem vis, leva me parte oneris mei. Equo illius verum non obsequente, asinus sub onere cadens moritur. Tunc dominus jumentorum, omnes quas portabat, plus sarcinas, simulque corium, quod mortuo exiit, equo imponit. Quo onere depressus equus, et mens. cum clamore inquit, Væ mihi jumentorum felicissimo! quid mihi misero mali evenit? Nam relans partem, nunc totum onus porto, et illius inper corium.

De Viro et Satyro.

HIR quidam cum satyro amicitiam inierat: qui cum edendi gratiâ sederent, exortâ cæli temperate ac frigore, vir manus ad os admovens anhelitu credebatur. Quod intuens satyrus, interrogabat, quantum id faceret. Ille inquit, Calore oris argentes minus foveo. Pauloque post calidiori edulio allato, cum vir iterum ad os manum cum edulio admovens, calorem cibi aspiratione refrigeraret, interrogat satyrus, quamobrem id faceret? Respondentem autem viro, et edulium refrigerem, atque ego, inquit satyrus, cum posthac amicitiam non exercebo, qui ex uno me et calidum promis et frigidum. Vale.

De Vulpe et Pardo.

Alpes et pardus de pulchritudine altercebantur, et pardo suam pellem versicoloream extollente; vulpes, cum suam proponere non posset, inquit, At quanto ego speciosior, quæ non corpus, sed animum versicoloream sortita sum.

De Felo in Fœminam mutata.

FELIS quædam delictum formosi erat cujusdam adolescentis: Hanc ille, ut in fœminam mutare Venerem deprecatus est. Dea miserta cupiditatis adolescentuli, convertit bestiam in speciosam puellam. Cujus formam inardescens adolescentulus, adducit illam secum domum: quibus confidentibus in cubiculo, Venus volens periculum facere, nunquid illa, cum corpore mutasset et mores, murem immisit in medium. At illa, et eorum qui aderant, et cubiculi nuptialis immemor, è cubiculo surgens, murem insequabatur illum comedere cupiens. Tunc dea indignata, eam iteram in suam restituit naturam.

De Agricola et Canibus.

AGRICOLA quidam hiberno sidere in agro deprehensus, deficientibus cibariis, primùm interfectis singulis ovibus, illarum carnibus vescabatur, mox et caprarum, postremò operariis bobus interemptis vescabatur. Quod canes cum animadvertissent, inter collocti sunt, dicentes, At nos hinc faciamus fugam. Si enim operariis bobus dominus noster non peperci, nec nobis quidem parcet.

De Agricola filios suos docente.

AGRICOLA filios suos videns quotidie litigantes, neque in gratiam inter se reduci potuisse, jussum complures virgulas sibi afferri. Aderant autem filii illic sedentes. Quæ cum allatæ essent, colligavit omnes in unum fasciculum, jussumque singulos filiorum fasciculum capere atque confringere. Illis vero confringere non valentibus, solvens postea fasciculum tradit singulas singulis eis frangendas, atque illis statim facileque frangentibus, intulit, Ita et vos, filii mei, si unanimes invicem præstiteritis, inexpugnabiles

vos hostibus, et invictos præbebitis. Sin minùs, vestra æmulatio atque seditio opportunam vos eadem inimicis faciet.

De Muliere et Gallina.

Mulier quædam vidua habebat gallinam, quotidie singula ova parientem. Sperans autem mulier o singulis bina ova parituram, si plus tribuisset esurum, opiparè educabat, ne unum quidem ovum parire poterat.

De Homine quem Canis momorderat.

Ad morsus à cane quidam, circumibat singulos, corrogans curationem; nactusque est quendam, qui, agnitâ mali naturâ, inquit, Si tu quidem, ô homo, invalescere vis, sume crustulum panis madefactum in sanguine vulueris, et porrige cani, qui te momordit, ad medendum. Cui ille deinceps inquit, Ego, mehercule, si istuc fecero, dignus sum, qui ab omnibus hujusmodi canibus præmordear.

De duobus Amicis, et Urso.

Uobus amicis unâ iter faciëntibus sit ursus obviam: quorum unus perterritus, in arborem latens latuit: alter verò cum se imparem urso fore, si pugnare vellet, superatum iri intelligeret, prodens simulabat se mortuum. Ursus autem adveniens, aures et occipitium olfaciebat; illo, qui stratus cecubabat, usquequaque continente respirationem; ita obortuum esse credens ursus abiit: aiant enim ursum non sævire in cadavera. Mox alter, qui inter frondes arboris latuerat, descendens, interrogabat amicam, quidnam ad aurem ursus secum esset loquutus? cui amicus inquit, Admonuit, ne posthac cum hujusmodi amicis iter faciam.

De Adolescentibus et Coquo.

DUO adolescentes opsonium à coquo mercati communiter erant. Cæterùm cùm coquus quibusdam negotiis domesticis animum intenderet, vacare que; alter adolescentum partem opsonii in alteri manus immisit. Convertente se coquo, et partem carnis, quæ aberat, requirente; qui carnem sustulerat, jurabat se non habere: qui verò habebat, jurabat non abstulisse. Quibus coquus, intellectâ adolescentum astutiâ, inquit, Etsi me latet fur, tamen eum per quem jurâtis, Deum non latebit.

De Arundine et Olea.

Disceptabant arundo et olea de constantia, de fortitudine, et de firmitate. Olea quidem probè arundini ingerebat, ut fragili, et ad omnem ventum vacillanti. Arundo autem obticebat, non longum tempus expectans. Nam cùm ventus vehemens ingruisset, arundo agitabatur reflectebaturque; olea verò violentiæ ventorum, cum resistere vellet, confraeta est.

De Tubicine.

FRAT tubicen quidam, qui in militia signum esse ret. Is interceptus ab hostibus, ad eos qui circumfissebant, proclamabat, Nolite me, ô viri, innocuum infantemque occidere; nullum enim unquam ego occidisse quippe nihil aliud quàm hanc tubam habeo. Ad querillam vicissim cum clamore responderunt, Tu verò idcirco magis trucidaberis, quòd cùm ipse dinicare nequeas, cæteros potes ad certamen impellere.

De Aucupe et Vipera.

AUCEPS quidam, sumptis aucupatoriis retibus, ad venandum processit, visoque palumbæ in cacumine arboris

boris sedente, compositas artificiosè arundines eum
 tribus ad avem clanculum admovebat, sperans se illam
 venari posse. Quod cum egit, in altum intuens, jacen-
 tem viperam pedibus pressit; quæ exasperata dolore,
 hominem momordit. At ille jam deficiens, Me mise-
 rum, inquit, qui, dum alterum venari volo, ipse ab
 altero captus, pereo.

De Cane et Lanio.

Canis quidam infiliens macellum, lanio in aliqua re
 occupato, arrepto pecoris corde, fugiebat. Ad
 eum lanio conversus, fugientem aspiciens, inquit, O
 canis, abi; ubicunque fueris te observabo: non enim
 tibi cor abstulisti, sed cor dedisti.

De vaticinatore quodam.

Vaticinator quidam in foro sedens, fermocinaba-
 tur: Cui quidam denunciat, fores domus ejus
 fractas esse, omniaque direpta, quæ in domo fuissent.
 Ad quem nuncium vaticinator gemens, properansque,
 artu se domum recipiebat. Quem currentem qui-
 dam intuens, O tu, inquit, qui aliena negotia te
 vaticinaturum promittis, certe tua ipse non divi-
 disti.

De Ægroto et Medico.

Ægrotus quidam à medico interrogatus, quonam
 modo se habuisset, præter modum respondit in
 roborem se fuisse resolutum. Cui medicus, Istud, in-
 quit, bonum est. Altero autem die iterum interroga-
 tus, quonam modo se haberet, respondit, Algoribus
 arreptus diu vexatus sum. Et id quoque, inquit me-
 dicus, bonum est. Tertio, cum ab eodem medico in-
 terrogaretur, respondit, Profluvio corporis debilita-
 tus sum. Istud etiam bonum est, inquit medicus.
 Postea autem à familiari quodam interrogatus, Quo-

modo habes, ô amice, respondit etiam, Benè habes sed morior.

De Asino et Lupo.

Asinus calcato ligni aculeo claudicabat, conspecto que lupo, ait, O lupo (en!) præ cruciatu inferior, futurus esca aut tus, aut vulturum, aut corverum. Unum modò abs te munus flagito: Educ primum de pede aculeum; ut moriar saltem sine cruciatu. Tum lupo summis dentibus aculeum mordicùs deprehendens eduxit. Asinus vero doloris oblitus ferratos calces in faciem lupi impexit; fractâque illius fronte, naribus, et dentibus, aufugit; lupo seipsum accusante ac meritò sibi id evenisse dicente, quod, qui didicerat esse lanus jumentorum, nunc illorum volebat esse chirurgus.

De Aucupe et Merula.

Auceps tetenderat volucris retia: quod eminens intuens merula, percontabatur hominem quid negotii ageret. Ille respondit se condere urbem, abiitque longius, et sese abdidit. Merula verò illius verbis fidem habens, et accedens ad escam juxta retia appositam, capta est. Accurrente aucupe, inquit, O homo, si tu quidem talem urbem condas, haud multos invenies incolas.

De Viatore et Pera inventa.

Viator longum ingressus iter, si quid invenisset, ejus dimidium Jovi se oblaturum vovit. Inventâ autem postea in itinere perâ palmularum amygdalarumque plenâ, comedit omnes palmulas amygdalâque; sed harum ossa, illarum putamina et cortices ad aram quandam obtulit, inquiens, Habes, Jupiter, quod tibi voveram: quod enim inveni, ejus et interiora et exteriora offero.

De Puerō et Matre.

Uer quidam in schola condiscipuli furatus tabellam alphabetariam attulit ad matrem; à qua non castus, quotidie magis furabatur. Procedente autem tempore cœpit furari majora. Tandem à magistratu prehensus ducebatur ad supplicium. Matre vero se-
 ente ac vociferante, rogavit ille satellites, ut pau-
 per cum ea ad aurem loqui permitterent: quibus
 rinittentibus, et matre festinabundâ aurem ad os filii
 movente, ille auriculam matris dentibus emorsam
 ollit. Cùm mater cæterique eum increparent, non
 dō ut furem, sed etiam ut in parentem suam impi-
 n. Hæc mihi, inquit, ut perderer, causa extitit:
 enim me tabellam alphabetariam furatum castigasset,
 quaquam ad ulteriora progressus, nunc ad supplicium
 cerer.

De Pastore artem nauticam exercente.

Astor in loco maritimo gregem pascebat: quem, cùm
 viderat mare tranquillum, incessit cupido naviga-
 onem faciendi ad mercatum. Itaque, venundatis o-
 bus, emptisque palmularum sarcinis, navigabat.
 portâ autem vehementi tempestate, et navi mergi pe-
 litante, omne pondus navis in mare dejecit, vixque
 asit exoneratâ navi. Paucis pōst diebus veniente
 odam, et tranquillitatem maris admirante (erat enim
 ne tranquillum) respondens, inquit, Palmulas ite-
 m vult, quantum intelligo, idēoque immotum sese
 endit.

De Filio cuiusdam senis, et Leone.

Filium senior quidam habebat unici generosi ani-
 mi et canum venaticorum amatorem: hunc per
 etem viderat à leone trucidari. Territus igitur,
 forâ somnium hoc aliquando sequeretur eventus,
 extruxit

extruxit domum quandam politissimam, et amœnissimam. Illuc inducens filium assiduus illi custos adhærebat: Depinxerat enim in domo ad delectationem filii omne animalium genus; in quibus et leonem. Adulescens hæc inspiciens, eo amplius molestiæ contraherebat. Quodam autem die propius stans, leoni inquit, O truculentissima fera, propter inane somnium patris mei in hac domo asservor, velut in carcere: quid tibi faciam? Et hæc dicens, manum parieti incussit, oculum leonis erucere volens, et in clavo, qui illic latebat, offendit. Qua ex percussione manus emarcuit, succrevitque sanies, ac febris subsecuta est, brevique tempore adulescens est mortuus. Ita leo adulescentem occidit, nihil adjuvante patris sophismate.

De Calvo crines externos gerente pro nativis.

CALVUS quidam mentitos crines gerens, dum equum vehebatur, ecce! ei validior ventus illos de capite sustulit. Risus statim magnus à circumstantibus excitabatur, et ille etiam ridens, illis inquit, Quid mirum, si crines qui non erant mei à me recesserunt? Illi quoque recesserunt qui mecum fuerant nati.

Ranæ.

RANÆ duæ in palude pascebantur: æstate autem siccatâ palude, illâ derelictâ, quærebant aliam; ceterum profundum invenerunt puteum. Quo viso, altera alteri inquit, Descendamus, heus tu, in hunc puteum. Illa respondens, ait, Si igitur et hæc aqua aruerit, quomodo ascendemus?

Canis et Gallus.

CANIS et Gallus, inita societate, iter faciebant. Vespere autem superveniente, gallus, conscensâ arbore, dormiebat; at canis ad radicem arboris excavatæ. Cum Gallus, ut assolet, noctu cantasset: Vulpes,

audivit, accurrit, et stans inferiùs, ut ad se descenderet, rogabat, quòd cuperet commendabili ad eò animal complecti. Cùm autem is dixisset, ut janireni priùs excitaret ad radicem dormientem, ut cùm e apparuisset descenderet. Illà quærente ut ipsum caret, canis statim profiliens eam dilaceravit.

Leo et Ursus.

EO et ursus simul magnum nacti hinnulum, de eo pugnabant. Graviter igitur à seipsis affecti, ut multa pugna etiam vertigine corripenterentur, defatigati jacebant. Vulpes autem circumcirca eundò, ubi prostratos eos vidit, et hinnulum in medio jacentem, nec, per utrosque percurrendo, rapuit, fugiensque evit. At illi videbant quidem ipsam; sed quia non poterant surgere, Nos miseros dicebant, quia vulpi laboravimus!

Vespertilio, Rubus, et Mergus.

Vespertilio, rubus, et mergus, in ità societate, mercatoriam decreverunt vitam agere. Itaque vespertilio argentum mutuatus, projecit in medium: rubus, vestem secum accepit: mergus tertius, æs et navigaverunt. Tempestate autem vehementi obortà, et vi fractà, omnibus perditis, ipsi in terram evaserunt. Ex illo igitur mergus littoribus semper assidet, num copiam æs ejiciat mare. Vespertilio vero, creditores evadens, interdum non apparet; noctu ad pabulum exit. Rubus prætereuntium vesti inhæret; sicubi suam cognoscit, quærendo.

Pavo et Monedula.

Aves creaturas regem, pavo orabat, ut se ob pulchritudinem eligerent. Eligentibus autem eum manibus, monedula, suscepto sermone, ait, Sed si, te regnante,

regnante, aquila nos persequi aggressâ fuerit, quomodo nobis opem feres ?

Singularis agrestis et Vulpes.

Singularis agrestis super quadam sedens arbore, dentes acuebat. Vulpe rogante causam, quare, nullâ propositâ necessitate, dentes acueret, ait, Non aliter hoc facio : nam si me periculum invaserit, nequam me tunc acuendis dentibus occupatum esse oportebit, sed potius paratis uti.

Cassita.

Cassita laqueo capta, plorans dicebat, Hei mihi miseræ et infelici volucris ! non aurum turripui cuiusquam, non argentum, non aliud quicquam pretiosum ; granum autem tritici parvum inortis mihi causa est.

Hinnulus.

Hinnulus aliquando cervo ait, Pater, tu et majores et celerior canibus, et cornua præterea intelligentia gestas ad vindictam : cur nam igitur sic eos timeas ? Ei ille ridens ait, Vera quidem hæc sunt, fili mi, unum verò scio, quod cum canis latratum audivero, statim ad fugam, nescio quomodo, efferor.

Avarus.

Avarus quidam cum omnia sua bona vendidisset, et auream glebam fecisset, in loco quodam inludit unâ defosso illic et animo suo et mente ; atque quotidie eundo, ipsam videbat. Id autem ex operariis quidam observando cognovit, et refossam glebam abstulit. Post hæc et ille profectus, et vacuum locum videns, lugere cœpit, et capillos evellere. Hunc cum quidam vidisset sic plorantem, et causam audivisset, Nunc sic, inquit, ô tu, tristare : neque enim habens aurum, habebas.

cebas. Lapidem igitur pro auro acceptum reconde, puta tibi aurum esse: eundem enim tibi usum prestabit; nam, ut video, neque cum auro erat, obare.

Anseres et Grues.

Anseres et grues in eodem prato pascebantur. Venatoribus autem visis, grues, quod essent levius, statim evolaverunt: anseres autem, ob onus corporum, cum mansissent, capti fuerunt.

Testudo et Aquila.

Testudo orabat aquilam, ut se volare doceret. Eâ autem admonente, procul hoc à natura ipsius, illa magis precibus instabat. Accepit igitur ipsam quibus, et in altum sustulit; inde demisit. Hæc autem in petras cecidit, et contrita est.

Cerva.

Cerva capta altero oculo, in littore pascebatur, fanum oculum ad terram propter venatores habens, alterum verò ad mare, unde nihil suspicabatur. Prænavigantes autem quidam, et hoc conjectantes, ipsam sagittâ petiverunt: hæc autem seipsam lugebat, quod unde timuerat, nihil passa foret; quod non putabat malum illaturum, ab eo proditam.

Cerva et Leo.

Cerva venatores fugiens, in speluncam ingressa est. In leonem autem ibi cum incidisset, ab eo comprehensa est: moriens autem dicebat, Hei mihi, hominem fugiens, in ferarum inimitissimam incidi.

Cerva et Vitis.

CERVA venatores fugiens, sub vite delituit. CŪ præterissent autem parumper illi, cerva prorsum jam latere arbitrata, vitis foliis pasci incepit. Illis vero agitatiss, venatores conversi, et, quod erat verum arbitrati, animal aliquod sub foliis occultari, sagittas confecerunt cervam. Hæc autem moriens talia dicebat, *Iusta passa sum: non enim offendere oportebat quæ me servârat.*

Olitor et Canis.

OLITORIS canis in puteum decidit: olitor autem ipsum illinc extracturus, descendit et ipse in puteum. Ratus autem canis eum accessisse, ut se inferius magis deprimeret, conversus olitorem non mordidit. Hic autem cum dolore reversus, *Iusta, inquit, patior nam cur unquam sui interfectorem servare studui?*

Sus et Canis.

SUS et canis de fœcunditate certabant. Dixit autem canis, se fœcundam esse maximè pedetrium omnium: Et sus occurrens, inquit, *Sed cum hæc dicas scito cæcos te catulos parere.*

Serpens et Cancer.

SERPENS unâ cum cancro vivebat, inquit cum eo societate. Itaque cancer simplex moribus, ut et illius astutiam notaret, admonebat: hic autem minime obediens. CŪ observâisset igitur cancer ipsum dormientem, pro viribus compressit, et occidit. At serpenti post mortem extenso ille ait, *Sic oportebat antea rectum et simplicem esse: neque enim hanc pœnam dedisses.*

HÆDRI FABULÆ.

Lupus et Agnus.

Ad rivum eundem Lupus et Agnus venerant,
 Siti compulsi : superior stabat Lupus,
 Inguæque inferior Agnus. Tunc fauce improbâ
 Tro incitatus jurgii causam intulit.

Et, inquit, *turbulentam fecisti mihi
 vitam bibenti ? Laniger contra timens,
 Nisi possum, quaeso, facere quod quereris, Lupe ?
 Te decurrit ad meos haustus liquor.*

Compulsus ille veritatis viribus,
 Ante hos sex menses, male, ait, dixisti mihi.

Respondit Agnus : *Equidem natus non eram.
 Mater, hercule, tuus, inquit, maledixit mihi.
 Neque ita correptum lacerat injustâ nece.*

Ranae Regem petentes.

Ad Anæ vagantes liberis paludibus,

Clamore magno regem petiere a Jove.

Inter Deorum risit, atque illis dedit

Arvum tigillum, missum quod subito vadis

Stutu sonoque terruit pavidum genus.

Propemersum limo quum jaceret diutius,

Arte una tacitè profert e stagno caput.

Explorato rege, cunctas evocat.

Prope, timore posito, certatim adnatant,

Signumque supra, turba petulans insilit :

Quod quum inquinâssent omni contumeliâ,

Quum rogantes regem miserè ad Jovem,

Quum dissolutos mores vi compesceret,

Stutulis quoniam esset, qui fuerat datus.

Tum misit illis Hydram, qui dente aspero
 Corripere cœpit singulas. Frustra necem
 Fugitant inertes; vocem præcludit metus.
 Furtim igitur dant Mercurio mandata ad Jovem,
 Adstrictis ut succurrat. Tunc contrâ Deus,
*Quia nolulistis vestrum ferre, inquit, bonum,
 Malum perferte.*

Graculus superbus et Pavo.

TUmens inani Graculus superbiâ,
 Pennas, Pavoni quæ deciderant, sustulit,
 Seque exornavit: deinde contemnens suos,
 Formoso se Pavonum immiscuit gregi.
 Illi impudenti pennas eripiunt avi,
 Fugantque rostris. Male mulcatus Graculus
 Redire mærens cœpit ad proprium genus;
 A quo repulsæ tristem sustinuit notam.
 Tum qui iam ex illis quos prius despexerat:
*Contentus nostris si fuisses sedibus,
 Et, quod natura dederat, voluisses pati;
 Nec illam expertus esses contumeliam,
 Nec hanc repulsam tua sentiret calamitas.*

Canis per fluvium carnem ferens.

CAnis, per flumen carnem dum ferret natans,
 Lympharum in speculo vidit simulacrum suum.
 Aliamque prædam ab alio ferri putans,
 Eripere voluit: verum decepta aviditas,
 Nec, quem petebat, adeo potuit adtingere.

Vacca et Capella, Ovis et Leo.

Vacca et Capella, et patiens Ovis injuriæ,
 Sôcii fuere cum Leone in saltibus.
 Hi quum cepissent Cervum vasti corporis,
 Sic est locutus, partibus factis, Leo:
Ego primam tollo, nominer quia Leo;

Secundam

secundam, quia sum fortis, tribuetis mihi :
 tertiam, quia plus valeo, me sequetur tertia :
 quarto malo adfligetur, si quis quartam tetigerit.
 Atque totam prædam sola improbitas abstulit.

Ranæ ad Solem.

Juxta quendam Sol quum vellet ducere,
 Clamorem Ranæ sustulere ad sidera.
 Convicio permotus quærit Jupiter
 causam querelæ : quædam tum stagni incola :
 Hæc, inquit, omnes unus exurit lacus,
 Cogitque miseræ arida sede emori :
 Quidnam futurum est, si creârit liberos ?

Vulpes ad Personam Tragicam.

Personam tragicam forte Vulpes viderat.
 O quanta species, inquit, cerebrum non ha-
 bet !

Lupus et Gruis.

Os devoratum fauce quum hæreret Lupi,
 Magno dolore victus, cæpit singulos
 sollicitare pretio, ut illud extraherent malum.
 Tandem persuasa est jurejurando Gruis,
 Solæque credens colli longitudinem,
 Periculosam fecit medicinam Lupo.
 Pro quo quum pactum flagitare præmium,
 Ingrata es, inquit, ore quæ nostro caput
 incolume abstuleris, et mercedem postules.

Passer et Lepus.

Oppressum ab Aquila fletus edentem graves
 Leporem objurgabat Passer : Ubi pernicitas
 Nota, inquit, ista est ? Quid ita cessârunt pedes ?
 Dum loquitur, ipsum Accipiter nec opium rapit,
 Questuque vano clamitantem interficit.

Lepus semianimus mortis in solatio :
Qui modò securus nosira inridebas mala,
Simili querelâ fata deploras tua.

Lupus et Vulpes, Judice Simiâ.

LUpus arguebat Vulpem furti crimine ;
 Negabat illa se esse culpæ proximam.
 Tunc iudex inter illos sedit Simius.
 Uterque causam cum perorâssent suam,
 Dixisse fertur Simius sententiam :
Tu non videris perdidisse, quod petis ;
Te, credo, surripuisse, quod pulchrè negas.

Asinus et Leo venantes.

VEnari, Afello comite, quum vellet Leo,
 Contexit illum frutice, et admonuit simul
 Ut insuetâ voce terreret feras,
 Fugientes ipse exciperet. Hic auritulus
 Clamorem subitum totis tollit viribus,
 Novoque turbat bestias miraculo :
 Quæ, dum paventes, exitus notos petunt,
 Leonis adstinguntur horrendo impetu :
 Qui postquam cæde fessus est, Asinum evocat,
 Jûbetque vocem premere : Tunc ille insolens,
Qualis videtur opera tibi vocis meæ ?
Insignis, inquit, sic ut nisi nôssem tuum
Animum, genusque, simili fugissem metu.

Cervus ad Fontem.

AD fontem Cervus quum bibisset, restitit,
 Et in liquore vidit effigiem suam.
 Ibi dum ramosa mirans laudat cornua,
 Crurumque nimiam tenuitatem vituperat,
 Venantâ n subito vocibus conterritus,
 Per campum fugere cæpit, et cursu levi
 Canes eludit : silva tum excepit ferum,

In qua retentis impeditus cornibus,
 Lacerari cœpit morlibus sævis canum.
 Tunc moriens, vocem hanc edidisse dicitur :
*O me infelicem, qui nunc demum intelligo,
 Ut illa mihi profuerint, quæ despexeram,
 Et, quæ laudâram, quantum luctus habuerint !*

Vulpes et Corvus.

CUM de fenestra Corvus raptum caseum
 Comesse vellet, celsâ relidens arbore,
 Hunc vidit Vulpes, dehinc sic occœpit loqui :
*O qui tuarum, Corve, pennarum est nitor !
 Quantum decoris corpore et vultu geris ?
 Si vocem haberes, nulla prior ales foret.*
 At ille stultus, dum vult vocem ostendere,
 Emisit ore caseum, quem celeriter
 Dolosa Vulpes avidis rapuit dentibus.
 Tum demùm ingemuit Corvi deceptus stupor.

Ex Sutore Medicus.

MALUS quum Sutor inopiâ deperditus
 Medicinam ignoto facere cœpisset loco,
 Et venditaret falso antidotum nomine,
 Verbosis adquisivit sibi famam, strophis.
 Sic quum jaceret morbo confectus gravi,
 Rex urbis, ejus experiendi gratiâ,
 Cyphum poposcit : fusâ dein simulans aquâ
 Miscere illius antidoto se toxicum,
 Hoc bibere jussit ipsum, posito præmio.
 Timore mortis ille tum confessus est,
 Non artis ullâ medicæ se prudentiâ,
 Verum, stupore vulgi, factum nobilem.
 Rex, advocatâ concione, hæc edidit :
*Quantæ putatis esse vos dementiæ,
 Qui capita vestra non dubitatis credere,
 Qui calceandos nemo commisit pedes ?*

Asinus ad senem Pastorem.

Asellum in prato timidus pascebat Senex.
 Is hostium clamore subito territus,
 Suadebat Asino fugere, ne possent capi.
 At ille lentus, *Quæso, num binas mihi*
Clitellas impositurum victorem putas ?
 Senex negavit. *Ergo, quid refert mea,*
Cui serviam, clitellas dum portem meas ?

Cervus et Ovis.

Ovem rogabat Cervus modium tritici,
 Lupo sponsore : at illa præmetuens doli ;
Rapere atque abire semper adsuevit Lupus.
Tu de conspectu fugere veloci impetu :
Ubi vos requiram, quum dies advenerit ?

Ovis, Canis et Lupus.

Calumniator ab Ove quum peteret Canis,
 Quem commodasse panem se contenderet ;
 Lupus citatus testis, non unum modò
 Deberi dixit, verum affirmavit decem.
 Ovis damnata falso testimonio,
 Quod non debebat, solvit. Post paucos dies
 Videns jacentem in fovea prospexit Lupum ;
Hæc, inquit, merces fraudis a Superis datur.

Canis parturiens.

Canis parturiens, quum rogasset alteram,
 Ut sætum, in ejus tugurio, deponeret,
 Facile impetravit : dein reposcenti locum,
 Preces admovit, tempus exorans breve,
 Dum firmiores catulos posset ducere.
 Hoc quoque consumpto, flagitare validiùs
 Cubile cœpit : *Si mihi et turbæ mee,*
Par, inquit, esse potueris, cedam loco.

Canes famelici.

Orium depressum in fluvio viderunt Canes :
 Id ut comesse extractum possent facilius,
 quam cœpere bibere : sed rupti prius
 eriere, quàm quod petierant, contingerent.

Leo senex, Aper, Taurus et Asinus.

Efectus annis et desertus viribus
Leo quum jaceret, spiritum extremum trahens,
 Aper fulmineis ad eum venit dentibus,
 Et vindicavit ictu veterem injuriam :
 Infestis Taurus mox confodit cornibus
 Hostile corpus. Asinus ut vidit serum
 Impunè lædi, calcibus frontem exterit.
 At ille expirans : *Fortes indignè tuli,*
Mihi insuitare : te, naturæ dedecus,
Quòd ferre certè cogor, bis videor mori.

Mustela et Homo.

Mustela ab Homine pressa, quum instantem
 necem
 Effugere vellet : *Quaeso, inquit, parcas mihi,*
Quæ tibi molestis muribus purgo domum.
 Respondit ille : *Faceres si causâ meâ,*
Gratum esset, et dedissem veniam supplicî :
Nunc quia laboras ut fruaris reliquiis,
Quas sunt rosuri, simul et ipsos devores,
Noli imputare vanum beneficium mihi.
 Atque ita locutus, improbam leto dedit.

Canis fidelis.

Nocturnus quum fur panem misisset Cani,
 Objecto tentans an cibo possit capi :
 Heus, si, inquit, linguam vis meam præcludere,
 Ne latrem pro re domini ; multùm falleris :
 Namque

*Namque ista subita me jubet benignitas
Vigilare, facias ne meâ culpâ iucrum.*

Rana rupta et Bos.

IN prato quædam Rana conspexit Bovem,
Et tacta invidiâ tantæ magnitudinis,
Rugosam inflavit pellem : tum natos suos
Interrogavit, *An bove esset latior ?*
Illi negarunt. Rursus intendit cutem
Majore nisu, et simili quæsit modo,
Quis major esset ? Illi dixerunt, *Bovem.*
Novissimè indignata, dum vult validiùs
Inflare sese, rupto jacuit corpore.

Canis et Crocodilus.

CANES currentes bibere in Nilo flumine,
A Crocodilis ne rapiantur, traditum est.
Igitur quum currens bibere cœpisset Canis,
Sic Crocodilus : *Quamlibet lambis otio,
Accede, pota leniter, et noli dolos,*
Inquit, *vereri.* At ille : *Facerem, mehercule,
Nisi esse scirem carnis te cupidum meæ.*

Vulpes et Ciconia.

VULPES ad cœnam dicitur Ciconiam
Prior invitâsse, et illi in patina liquidam
Posuisse sorbitionem, quam nullo modo
Gustare esuriens potuerit Ciconia :
Quæ vulpem quam revocâset, intrito cibo
Plenam lagenam posuit : huic rostrum inserens
Satiatur ipsa : torquet convivam fame :
Quæ quum lagenæ frustra collum lamberet,
Peregrinam sic locutam volucrem accepimus :
Sua quisque exempla debet æquo animo pati.

Canis, et Thesaurus, et Vulturius.

Humana effodiens ossa, thesaurum Canis
 Invenit, et violârat quia Manes Deos,
 ajecta est illi divitiarum cupiditas,
 cenas ut sanctæ religioni penderet.
 raque aurum dum custodit, oblitus cibi
 ame est consumptus : quem stans Vulturius super,
 ertur locutus : *O Canis, meritò jaces,*
ui concupisti subitò regales opes,
irivio conceptus, et educatus stercore.

Vulpes et Aquila.

Vulpinos catulos Aquila quondam sustulit,
 Nidoque posuit pullis, escam ut carperent.
 tanc persecuta mater, orare incipit,
 è tantum miseræ luctum importaret sibi.
 ontemplit illa, tuta quippe ipso loco.
 ulpes ab ara rapuit ardentem facem,
 otamque flammis arborem circumdedit,
 osti dolorem damno miscens sanguinis.
 aquila, ut periculo mortis eriperet suos,
 ac columes natos supplex Vulpi tradidit.

Ranae metuentes Taurorum prælia.

Rana in palude pugnam Taurorum intuens,
 Heu quanta nobis instat pernicies! ait.
 interrogata ab alia, cur hoc diceret,
 e principatu quum decertarent gregis,
 ongéque ab illis degerent vitam Boves :
 st statio separata, ac diversum genus.
 ad pulsus regno nemoris qui profugerit,
 aludis in secreta veniet latibula,
 et proculcatos obteret duro pede :
 apud ita ad nostrum, furor illorum pertinet.

Milvus et Columba.

Columbæ sæpe quum fugissent Milvum,
 Et celeritate pennæ vitâissent necem,
 Consilium raptor vertit ad fallaciam,
 Et genus inerme tali decepit dolo :
Quare sollicitum potius avum ducitis,
Quàm regem me creatis, isto fœdere,
Qui vos ab omni tutas præstem injuria ?
 Illæ credentes, tradunt sese Milvo,
 Qui regnum adeptus cœpit vesci singulis,
 Et exercere imperium sævis unguibus.
 De reliquis tunc una : *Meritò plestinur.*

Juvenius, Leo et Prædator.

Super Juvenium stabat dejectum Leo.
 Prædator intervenit, partem postulans :
Darem, inquit, nisi soleres per te sumere :
 Et improbum rejecit. Fortè innoxius
 Viator est deductus in eundem locum,
 Feroque viso retulit retro pedem.
 Cui placidus ille : *Non est quod timeas, ait,*
Et quæ debetur pars tuæ modestiæ,
Audacter tolle. Tunc diviso tergo,
 Silvas petivit, homini ut accessum daret.

Anus diligens virum ætatis mediæ, item Puella.

Ætatis mediæ quendam mulier non rudis
 Tenebat, annos celans elegantiam :
 Animosque ejusdem pulchra juvenis ceperat.
 Ambæ videri dum volunt illi pares,
 Capillos homini legere cœpere invicem.
 Quum se putaret fingi curâ mulierum,
 Calvus repente factus est ; nam funditus
 Canos puella, nigros anus evellerat.

Homo et Canis.

Aceratus quidam morſu vehementis Canis,

Tinctura cruce re panem miſit malefico,
adierat eſſe quòd remedium vulneris.

Hanc ſic Æſopus: *Noli coram pluribus
ſe ficere canibus, ne nos vivos devorent,
quum ſcïerint eſſe tale culpæ præmium.*

Aquila, Felis et Aper.

Aquila in ſublîmi quercu nidum ſecerat:

Felis cavernam naſta in media pepererat:

ſ nemoricultrix fœtum ad imani poſuerat.

ſini fortuitum Felis contubernium

gaude et ſceleftâ ſic evertit malitiâ.

Id nidum ſcandit volucris: *Pernicies, ait,*

tibi paratur, forſan et miſeræ mihi:

nam fodere terram quod vides quotidie

horum inſidioſum, quercum vult evertere,

noſtram in plano facilè progeniem opprimat.

errore offuſo et perturbatis ſenſibus,

crepit ad cubile ſetofæ ſuis:

agno, inquit, in periculo ſunt nati tui:

nam ſimul extêris paſtum cum tenero grege,

quila eſt parata rapere porcellos tibi.

Hanc quoque timore poſtquam complevit locum,

ſoſa tuto cõdidit ſeſe cavo.

de evagata noctu ſuſpenſo pede,

ſi eſca ſe replevit et prolem ſuam,

vororem ſimulans proſpicit toto die.

ſinam metuens Aquila ramis deſidet:

ſer rapinam vitans non prodit foras.

ſid multa? inediâ ſunt conſumpti cum ſuis,

ſiſque catulis largam præbuerunt dapem.

Cæsar ad Atriensem.

CÆsar Tiberius, quum petens Neapolim,
 In Misenensem villam venisset suam,
 Quæ monte summo posita Luculli manu,
 Prospektat Siculum et prospicit Tuscum mare,
 Ex alticinētis unus atriensibus,
 Cui tunica ab humeris linteo Pelusio
 Erat destrieta, cirris dependentibus,
 Perambulante læta Domino viridia,
 Alveolo cœpit ligneo conspergere
 Humum æstuantem, come officium jaetitans :
 Sed deridetur : Inde notis flexibus
 Præcurrit alium in xystum, sedans pulverem.
 Agnoscit hominem Cæsar, remque intelligit.
 Id ut putavit esse nescio quid boni,
 Heus, inquit Dominus, Ille enimvero adflit,
 Donationis, alapæ certe, gaudio,
 Tum sic jocata est tanti majestas Ducis :
*Non multum egisti, et opera nequicquam perit ;
 Multo majoris alapæ mecum veneunt.*

F I N I S.

C. A. Gibson

M. R.

D. C. A.

2 M 3

1 2 3 4 5 6

7 8 9 10 11 12

13 14 15 16 17 18

19 20

3 36 12

36

